dus illud ostiū custodiri pōt. Prima est capitis absciſio. vtvicz hō ferro conamīs sui abscindat caput malaꝝ cogitationū vt ñ eis assentiat. qz legiť in vitaspa. li. mj. c. lxxj. Qđ abbas ām̄on i terrogauit abbatē pastorē de īmūdis cogitatō nibus q̄s coꝛ hoīs generat. et dixit ei pastoꝛ. Nūq̄t gl'abiť securis sine eo q̄ incidit cū ipa. et tu eis nō poꝛrigas manū et ocioſe erūt. Jdē ait Sic̄ capſa plēa vestib⁹ si dimissa fuerit tpe lōgo putrefiūt vestes in ea. ita sunt cogitatiōes i coꝛ de nr̄o. si nos fecerim⁹ eas coꝛpaliť tpe lōgo ex termiabūť aut putrefiūt. Jtē dixit et ali⁹ senex in vitaspa. oēs cogitatiōes infestātes hominez vnū hñt caput. Cōsidera g̊ q̄lis sit illa. et aduer sus illā renitaris. q̄ absciſa reliq̄ būliabūť. Si autē hō illi ꝓdelectet ipossibile est discedere ab eo spm̄ foznicatiōis. vñ legiť de sctō arsenio. q̄ cū q̄dam nobilis m'r rogaret eū vt hr̄et memo riā sui in oꝛōnib⁹ suis. rñdit. ego oꝛo deū vt de leat mēoꝛiā tui de coꝛde meo. Secūda sera vel cautela ē bōa meditatō ꝓtraria eīs se mutuo ex pellūt. vñ si vis malas cogitatiōes expellere ò coꝛde vel ne intrēt. eis aditum p̄clude. aduoca bonas cogitatiōes fm̄ q̄ iubet cassian⁹ i colla. pr̄m. Incipiam⁹ bonas cogitatiōes diligere et statim ab his q̄ male sunt dignabiť nos deus li berare. Et hiero. in q̄dam epla. Lozpalis inq̄t amoꝛ. spūs amoꝛe supatur. desideriū desiderio sb̄igiť. et sil'r cogitatio cogitatiōe expelliť. Ter tia sera est coꝛdis ad alta distractio. vt. s. hō in ueniat materiā alicui⁹ occupatiōis circa quam coꝛ suū vaceť seu v̄setur. Quia ỏr Ecc̄. xl. Oc cupatio magna creata est oībus hoībus. Ter tium v̄o ostiū mētis vel rōnis. qz angustū est et ferreū. optime p̄t custodiri. Potēs est eīm rō di rigere et oꝛdinare oēs vires inferiozes. p hanc portā intrať i cubiculū vt nl'intrare p̄mittať ni si qđ rō q̄ sp depc̄ať adoptima. j. ethi. iustū iu dicaverit et bonū. et hec porta hz tres custodes scz sinderesim. rōnez. et voluntatē. Sinderesis sp̄ clamat nullū malū esse admittendū. Et cū rō cuius est discernere int̄ bonū et malū iudicaue rit hoc. tale qđ ē añ ostiū esse bonū. moꝛ volun tas cui⁹ obiectū. ꝓpriū est bonū impat hoc ītro mittendū et ecōtra si malū. vñ Greg. xxvij. mo ra. ptractās illud qđ dñs ad iudeos dicit. quo usq̄z moꝛabūť male cogitatiōes in te et noxie. neq̄z inq̄t reꝑhendit cur veniūt? Sz cur moꝛē tur? In bonis eīm coꝛdib⁹ cogitatiōnes illicite veniūt. Sz tñ moꝛari ꝓhibēt̄. Quia recte q̄ cūq̄z captiuandā domū ꝓscie ꝓhibēt ab ipo coꝛ dis. limine hostē fugāt. qz t si repētinis sugge stionib⁹ vsq̄z ad p̄mū vestibulū surripit. ad sen sus tñ ianuā nō ptingit. Tertio ꝓpter q̄s vtili tates foꝛes iste debeāt esse clause. Sciendū q̄ ꝓpter q̄tuoꝛ. Prima vtilitas vt pctm̄ euiteť. nā legiť. ij. Reg̃. xj. de dauid. q̄ vidit bersabe p cē tū passus lanare pedes. videns eā cōcupiuit et sibi eā adduci fecit. et cū ea adulteriū cōmisit. Si aūt oculos clausisset pctm̄ vitasset. Sil'r eua incaute pomū aspexit. qz vidit qđ lignū esz bo nū ad vescendū. t pulcruz oculis. aspectuq̄z de lectabile tulit de fructu t comedit t viro suo de dit q̄ etiā comedit. t sic pctm̄ inobediētie t vici um gule cōmiserūt. Sen. nj. vide de hoc etiā ex emplū dñica. nj. in aduētu. ser. j. F. S. de pari de q̄ helenā videns de tēplo rapuit. t cū ea ad ulteriū ꝓpetrauit Jtē de dyna. vide eadē dñica ser. ij. F. M. Secūda vtilitas vt gr̄a hīta auge atur. Nā. mj. Reg̃. mj. legiť. q̄ m'lier clamabat ad heliseū dicēs. Seru⁹ tuus vir me⁹ moꝛtu⁹ ē et ecce creditoꝛ venit vt tollat duos filios ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus q̄d vis vt faciā tibi. dic mihi q̄d habes in domo tua. at illa rñ dit. Nō hēo ancilla tua q̄cq̄ in domo mea nisi paꝛ olej quo vngar. Cui ait. vade et pete mu tuo a vicinis tuis vasa vacua nō pauca et ingre dere scz in domū tuaz. et claude ostiū tu et filij tui. et mitte inde. s. de oleo in oīa vasa hec q̄ mu tuata fuerint. et cū plena fuerint tolles. Juitq̄z m'r t clausit ostiū suū sup se t sup filios suos il li offerebāt vasa. t illa infundebat oleū. Moꝛa liter. m'r ista significat fidelē animā. de q̄ expo nitur illō. puerō. vl. m'r timēs dñm ipa laudabi tur. heliseⁱ significat deū patrē. q̄ interptať ds me⁹ vir hui⁹ xp̄s ē q̄ moꝛtu⁹ fuit in cruce bona sexta feria. Sic̄ tenet fides nr̄a. Sz iā resurrex it ad vitā imoꝛtalē. iux̄ illud ad Ro. vj. xp̄s re surgēs ex moꝛtuis iā nō moꝛiť mors illi vltra ñ dñabiť Creditoꝛ aūt ad p̄ns significat diabolū q̄ venit ad animā vt tollat duos filios ei⁹ q̄ sunt intellect⁹ t affect⁹ sibi seruiendū. iō clamare dēt aia ad deū patrē deuote. t ipe eā exaudiet. iux̄ illud p̄s. lxxxx. Clamabit ad me t ego exaudiā eū tc̄. Et tūc ipe loquēs ad hoīem dicēs. quid vis vt faciā tibi. q̄d hēs in domo tua. i. ꝓscia vl' aia. Et ꝓgrue rñdit. nō hēo q̄cq̄ nisi paruz olei quo vngar. et hoc oleū significat sacramētalez gr̄am. q̄ purgat interiozē hoīem. curat spūalez moꝛbū. lenit doloꝛez aduersitatū. t refrigerat caloꝛē cupiditatū. t p hec aia letificať t ꝓsolať iux̄ illud p̄s. xlmj. Unxit te ds ds tu⁹ o. le. Et q̄uis illud oleū gr̄e. quā hz aia in p̄nti hēt mag nā vtilitatē. tñ respectu gr̄e. quā hēbit in futuro vbi erit in gr̄a ꝓsumata modica t pua noiať. p pter qđ dicē deus p̄r aie vt petat a vicinis vasa vacua t nō pua. hi vicini sunt oēs electi t sancti quoꝝ vasa sunt v̄tutes. q. d. de⁹ pete a p̄riarch is fidē. a ꝓphetis spez. ab ap'lis caritatē. a mar tiribus paciam. a ꝓfessoꝛib⁹ pietatē. a v̄ginibus

castitatem.et a regina celi humilitatẽ.his ḡ vasis spũalib⁹ petitis.debet aĩa claudere ostiũ sẽ suum exterioꝛ.s.visus auditus ꝛc̃.vt non videant oculi vanitatẽ.et sic de alijs.dẽt oleũ infundere.i.se in his v̊tutibus exercere.ꝛ sic oleum gr̃e crescit.et vasa replenť.Quia q̃to plus aĩa in his v̊tutibus exercet.tãto plus in eaꝛ exercitio delectať. Tertia vt hostis effugať.qz sic apli ꝓpter metũ suoꝛ hostiũ videlicet iudeoꝛ. ostia sup se clauserũt.Sic et nos ꝓpter hostes nr̃os inuisibiles ostia sensuũ claudam⁹.qz legit̃ ij.Reg̃.mj.q̃ ispozet dozmiuit in meridie sup stratũ et rechab ꝛ bancia in vento ostio aperto intrauerũt et eũ occiderũt.Mozal'r ispozeth ĩterp̃tatur vir ꝓfusionis.et significat aĩm hois. q̃ debet esse vir.vicz viriliter pugnãs ꝓtra vicia iuxt̃ illud ps̃.xxvj.Viriliter age et cõfoꝛtet coꝛ tuũ.Sz interdũ fit vir ꝓfusionis.qũ negligent̃ dozmit.et ostia sensuũ suoꝛ apta dimittit.ꝛ sic rechab q̃ interp̃tať ascẽdens significat diabolũ q̃ ait Isa.xmj.ascẽdam in celũ.ꝛ ero silis altissimo. Intrat cũ bancia.i.cũ mala ꝓcupia.et interdũ mediãte gladio ꝓsensus in pctm̃.animaꝫ occidit.Quia ỏr Ja.ca.j.Concupiscẽtia cũ cõceperit.i.inualuerit.parit pctm̃.i.inducit ad ꝓsensuꝫ in pctm̃.Pctm̃ vo ꝓsumatũ si fuerit.scz i ope exterioꝛi.mortẽ generat.Quia dic̃ glo. inducit ad reiťationẽ et ꝓsuetudinẽ ad que seq̃tur obstinatio.io valde vtile est vt claudat ostia sẽ suum tã exterioꝛ q̃ interioꝛ.Quarta vtilitas vt deus ad aĩmaꝫ libẽtius ingrediať. qz hic ỏr cũ foꝛes essent clause.ingressus est ad discip'los ihs.Et põt esse quita vtilitas .vt oĩno oꝛõ efficacioꝛ reddať.Nã p visum oꝛõ impedit̃.io dixit dñs Math̃.vj.Q̃ oꝛaueris intra in cubiculum.i.ad aĩe intrinsecũ et clauso ostio sensuum oꝛa patrẽ tuũ.Quãtũ ad tertiũ in v̊bis p̃missis U ponit̃ coꝛpis gl'ificati s̃btilitas ibi.venit ihs ꝛ stetit in medio discipuloꝛ.dicũt q̃dã naťales. q̃ linx est adeo s̃btilis ꝛ acutissimi visus q̃ etiã obstacula queq̃ possit penetrare.Et ad hoc sonant v̊ba Aris.supius allegata.vnj.h. Si homines linceis vterẽtur oculis.vt eoꝛ oculi obstacula queq̃ penetrarẽt.et si sic esset vt isti dicunt.q̃ hoc aĩal ita s̃btilis esset visus q̃ possit etiam grossa penetrare.q̃to magis coꝛpus gl'ificatum põt etiã muros calibeos et queq̃ resistẽtia sua s̃btilitate pertransire.sicut patet hoc de coꝛpe ihu gl'ificato.q̃ ad discipulos ianuis exist̃entib⁹ clausis introiuit.Pꝛo quo est notãdũ doctoꝛ Hugo de sacramẽtis.pte vnj.dic̃ q̃ xp̃s diuersis tp̃ib⁹ oĩes dotes accepit et assumpsit vt in natiuitate s̃btilitatẽ.in trãsfiguratõne claritatẽ. in ambulatiõe sup mare agilitatẽ. in traditiõe coꝛpis sui cenãtib⁹ impassibilitatẽ. Sic de hoc etiã hẽs s̃.pte p̃ma. bona q̃nta feria L. L S.Sz certe alij doctoꝛes dicũt.q̃ xp̃s tunc nõ assumpsisset.Sz ea que ꝓtinent ad illas dotes miraculose exercere voluisset.ꝛ post suã resurrectionẽ hec penitus assumpsit. Et p̃mo assumpsit claritatẽ.quã meruit ex sua hũilitate q̃ se exinaniuit foꝛmã serui accipiẽs.ꝓpter qỏ ꝛ ỏs exaltauit illũ.s.in gl'ia claritatis.ad Philip.ij. Sz d.a.exquo aĩa xp̃i ab instãti sue cõceptiõis gl'osa fuit clara et beata.q̃re eius gl'osa claritas nõ redundauit in coꝛp⁹.dũ adhuc hic ambulauit.sed solũmodo post resurrectõnem. Adhoc dicendũ ẽm b.aug̃. ad diascoꝛ in epl'a.licz claritas coꝛpis gl'osi diriuet̃ ab aĩe claritate.sicut etiã factũ fuit in coꝛpis transfiguratiõe dño volente.tñ hoc factũ fuit diuina dispẽsatiõe vt gl'a aĩe non redũdaret in coꝛp⁹.nisi post resurrectionẽ duplici rõne.p̃mo ꝓpter misteriũ passiõis secũdo.ꝓpter hoc q̃ hoĩbus silis apparere voluit inter quos voluit ꝙersari.vt dixit aplus. habitu inuẽtus vt hõ.ad Phil'.ij.Sz itez q̃reret q̃s vtz claritas coꝛpis xp̃i in resurrectiõe ꝛ quã nũc hz est eadẽ cũ illa quã hũit in transfiguratiõe.dicũt doc.cõiter q̃ sic.Ad hoc sonãt v̊ba Hiero.q̃ talis dñs apparuit in trãsfiguratione.q̃lis vẽturus est postea in regno suo tpe iudicãdi.Ad hoc idẽ dic̃ Crisť.Quãuis t̃lis claritas resurrectionis siue gl'ie sit maioꝛ claritate transfiguratiõis.qz tãtã claritatẽ vt est claritas gl'ie oculi apl'oꝛ pati nõ potuissent.sic filij isr̃l nõ poterãt intẽdere in faciẽ moysi q̃ tñ multo min⁹ micuit.Sz beda in glo.Math̃.xvij.et Lu.ix.dicit claritatẽ trãsfiguratiõis non fuisse claritatẽ gl'ie et imoꝛtalitatis. Sz q̃ndam ei⁹ imaginẽ. Fuit em̃ veraciter claritas gl'ie q̃ntuz ad essentiã non tñ ad modũ eẽndi.Claritas em̃ gl'ie est multo intẽsioꝛ et pmanẽtioꝛ.imo claritas gl'ie ineſt coꝛpi xp̃i gl'oso p modũ habitus pmanentis eẽnaliter.Sz claritas trãsfigurationis inerat ei p modũ passionis defluẽtis tpaliť Et nota sic̃ xp̃s post suã resurrectionẽ assumpsit coꝛpis claritatẽ.Sic ꝛ oĩes electi coꝛpoꝛũ suoꝛ habebũt claritatẽ.q̃ est p̃ma dos coꝛpis. Et hoc est duplex.qz aliqỏ ỏr esse claꝛ dupl'r. aut qz pspicuuz est.et sic vitꝛ ỏr esse claꝛ.aut qz lucidũ.et sic stella ỏr esse clara. Coꝛpa autẽ gl'ificata,ꝓpter vtrũqz erũt clara.qz erunt pspicua ꝛ lucida.Nã duo sunt q̃ nũc causant obscuritatẽ in coꝛpe hũano scz materie impuritas.ꝛ lumis paucitas.tũc vo tolletur vtrũqz.io tunc coꝛpa sctoꝛ erũt valde clara.io dicũt cõiť doctoꝛes.q̃ scti resurgũt in coꝛpe gl'oso . sicut et xp̃s resurrexit.Sz hoc sane est intelligendũ.vt vicz li sic̃ nõ dicat eq̃litatẽ sed sil'itudinẽ.qz tal' claritas nõ erit similis in oĩbus beatis. Sicut

em̃ in aia nō oēs eq̃liter beatificanť.sic nec i corpe.sic̃ dicit mgr̃ sen.li.mj. di.xlix.c.j. dict aug⁹ in Enche.c.lxxix. q̃ boni differēt btificā tur.alij magis.alij min⁹.Sic et mali in inferno differenter puniūtur .Stella em̃ differt a stella idē est elect⁹ ab electo in claritate mētis et corpoꝛis.Alij em̃ alijs vicini⁹ clariusq̃ dei spēz ꝙ tēplabūtur.Et ip̃a cōtemplādi differētia diuersitas māsionū vocať.hec ille.Sz q̃rit̃ an corp⁹ gl̃osum possit videri ab oculo nō gl̃oso.Naz vt ip̃e refert in epl̃a ad Cyrillū cū q̃dā die icepissz scribere epl̃am.hiero.destinādam .ab eo q̃rendo q̃d ip̃e sentiret de gl̃ia beatoꝝ.Ecce subito eidē scribēti aia eiusdē scti hiero.q̃ in eadē hora felicit̃ euoluerat cuz magna claritate ꝛ mira odoꝛis fragrātia apparuit narrās de felici suo trāsitu.sic̃ eē hēs s.pte p̃ma.dñica.ij.p⁹ epl̃ie f.ij.N.B.Quātū placz em̃ aie corp⁹ gl̃ificatū hñti qz p̃t se oñdere clarā.Scdo assumpsit corpus xp̃i in passibilitatē.ꝛ hec est aliq̃ dispositō positiua corpi gl̃ificato infusa ex redūdātia gl̃e aie in corp⁹ q̃ tollit dispositionez defectiuā scz passibilitatē.Et hec est scda dos corpis q̃ resultat ex vtute aie btē corp⁹ suū ꝓtinēť.ita q̃ cōtra modū quo ab aīa ꝓtinēť ꝛ pficit a nl̃o exteꝛi agēte veleat imutari.Cōtinet aūt aia beata corp⁹ sibi denuo ꝓiūctū ne passionē coꝛruptiuā patiať.iō patz hunc male ꝛ eꝛroꝛe dixisse q̃ ait. Sic̃ xp̃s passus ē in ꝛra,p hoib⁹.Sic adhuc pateret in aere,p demonib⁹ qđ est hereticū ꝛ erroneū.Et hic erroꝛ asscribit̃ oꝛigeni.vt i glo. sup canone sane pꝛofertur.xxmj.q.ij.vbi ōr.Dixit em̃ oꝛigenes oēm hoiez eē saluādū p illū.nl̃ odisti eoꝝ q̃ fecisti.Sap̃.xj. postea em̃ dixit xp̃m i aere passurū,p diabol̃ saluādis hec glo.Sz dic̃ Uincē.i spe.hist.li.xij.q̃ origenes scp̃sit apologiā,p se in q̃ sic dic̃.Quidā eoꝝ q̃ libenť hñt crimiari,pꝛios.ascribunt nob ꝛ doctne nr̃e crimen blasphemie.q̃ a nob nūq̃ audieŕt. dicēt̃es me p̃ez pditiōis.ꝛ eoꝝ q̃ ꝺ regno eiciūť.i.diabolū dicere saluādū eē.qđ ñ maifeste aliq̃s insaniēs dicerz.Sz mihi nl̃ mirū videť.Si adulťať doctna mea tali adulterio q̃li ꝛ epl̃a pauli ē coꝛrupta.Et addit Uin.vbi s.c.x.Plurimū admirari nō sufficio.q̃ vir tā illustris tā apte obuiaſ hereticꝺ deuolut⁹ sit i noiatissimā hereſiz.q̃ vicz in Jsa.seraphi spm̃sctm̃ exposuerit.ꝛ in alio loco ꝺ p̃mio diaboli scp̃serit.Et ꝺ absolutiōe rep boꝝ post mille āos.ꝛ sic ꝺ alijs multꝺ.Ego sane ꝺ illo salua fide p̃m dixerim.vl̃ q̃ oīno hec nō scp̃sit.licz ab heretic̃ ob p̃claꝝ nomē ei⁹ obfuscādū maligne sūt ꝓscpta ꝛ noi suo ptitulata vl̃ si scp̃serit.nō statuit ex sn̄ia.sz ꝺfuit ex opione.iō ꝛ fortasse fuit ali⁹.q̃ xp̃m itez i aere,p demonib⁹ passuꝝ dixit q̃ tm̃ nō patiť exquo corp⁹ ipassibile post resurrectiōez assumpsit.Sic etiā corpa sctoꝝ p⁹ resurrectōez ꝺo erť ipassibilia q̃ si ponereť i ifernū nō paterenť.ꝛ sentirēt ex hoc aliquā lesiōz.qz ipassibilitas sctoꝝ erit nō posse pati Sz ipassibilitas pueroꝝ i lymbo erit nl̃ pati.Et hoc ñ erit ex potētia resistēdi lesioni extrīsice quā ñ hēbūt.sz ex ordiatiōe diuie mie q̃ nō pmittit aliq̃d eis adhiberi.p qđ p̃ñt ledi. Exquo patz q̃ si tles pueri p⁹ resurrectiōez ponereť i ignē lederēť ab eo.nisi a iusticia dei p̃seruarenť.vt dic̃ mgr̃ iohes de castro marie sup arti.xij.simboli apl̃oꝝ.Tertio assūpsit corpus xp̃i sbtilitatē.ꝛ hoc causabať sic̃ ꝛ i alijs corpibus electoꝝ causabit̃ ex dñio aie gl̃ificate sup ip̃m.s.corp⁹.rōne cui⁹ ip̃m corp⁹ gl̃isicatū sbtile ōr.qz spūi ōr tūc oīno subiectuz eē.vñ sbtile ōr duplr ꝑm pb̃m i li.ō ge.ꝛ coꝛ.ōr sbtile a sb̃itrādoꝛ diuidēdo ptes corpis qđ itrat.Sic spūs sbtilitate sua penetrat corpus.Subtilitas oīm corpm gl̃ificatoꝝ erit spūal̃ ad modꝺ spūs.quia corpa gl̃osa erť sbtilia.vt dicūt mgr̃i sup apl̃m j.Coꝝ.xv.Semiaŕ corp⁹ aiale.surgz aŕ corp⁹ spūale.Attñ corpa sctoꝝ nō erť sbtilia p rarefactionē.sic̃ dixit q̃dā eps ꝓstantinopolitan⁹ q̃ ponebat corpa nr̃a i resurrectiōe fuŕa vēť ꝛ aere sbtiliozari.Et huiꝺ hereſiz repbat gre.xmj mor̃.oñdēs hoc nō posse stare. qz dñs p⁹ resurrectionē hūit corp⁹ palpabile Lu.vl.Qꝺ credibile ē eē sbtile.ꝛ si eēt vl̃ fuisſz aere sbtili⁹ ñ fuisset palpabile qz aer licz sit tāgibil̃ tñ nō ē palpabilis.dic̃ g Gre.q̃ corp⁹ gl̃osuz fit sbtile p effectū spūal̃ potētie.Sz d.a.an corp⁹ gl̃osuz rōne sbtilitatꝺ sue possit eē i eodē loco cū alio corpe. Ad hoc ōr.q̃ nō ē de naťa corpis gl̃osi.q̃ sit i eodē loco cū alio gl̃oso corpe.qz corpis sbtilitas ñ aufert q̃ntitatē dimēsiuā Et iō dic̃.s.tho. sup mj.senť.dis.xlmj.Qꝺ nec duo corpa gl̃osa nec duo corpoꝛa ñ gl̃osa. nec duo corpa quoꝝ vnū gl̃osū.ꝛ aliud nō gl̃osuz.p̃ñt eē ꝺ naťa sua sil̃i eodē loco.sz hoc posset esse ex natura diuia Sic̃ vmbra scti petri sanabat infirmos non ex vtute naťali.sz hoc faciebat vt⁹ diuina ad editiō cationez fidei.ita faciet vtus diuina vt gl̃osum corp⁹ possit esse sil̃ cū alio corpe nō gl̃oso vtute gl̃ificationis sue.Quia Johes dāmaſ.li.nj. Jngressuz ih̃m ianuis clausis ad discipulos attribuit vtute gl̃ificatiōis.ꝛ ita ꝓcedūt corp⁹ gl̃osum posse eē sil̃ cū nō gl̃oso.sine nouo miraculo p totez subtilitatis.et hoc fieret nō diuidendo ptes corpis nō gl̃osi.sz solū sb̃intrādo manēte diuīctiōe extrarūq̃ dimēsionū.Duo aūt corpa siue duo gl̃osa siue nō duo gl̃osa nō p̃ñt eē sil̃ in eodem loco et se penetrare sine nouo miraculo

Dnica pr̃ima post pasca.

Sed diuina v̊tute hoc spēaliter opante. Rō cō munis omniū est. qz dimēsiones quazūcūqz rerū non valēt se naturali v̊tute penetrare. corpo rū gl̃ificatoꝝ est rō spēalis. nec pñt esse simul i eodē loco. qz si sic tūc in eodē corpe esset potē tia intrādi ptes alteri⁹ gl̃iosi corpis. ⁊ in illo alio nō esset potētia resistēdi. ⁊ hoc est incōueniens. qz fm naturā ꝓpetit cuilibet corpi. vt resistat cuilibet alteri corpi. p ipm transire volenti ita q nō possit esse sil̃ cum eo in eodē loco. Miraculose aūt pōt hoc diuina virtute ꝓtigere ad nutū ipius cū sit cū alio corpe in eodez loco. ⁊ sic nō resistat transeūti. ita corpus gl̃iosuz scdz naturā suā ē palpabile. et hoc hz ex duob⁹. s. ex q̄litatib⁹ tāgibilib⁹. et ex hoc hz q resistat tāgēti ne ptrāseat. Qualitates v̊o tangibiles sunt caliditas et frigiditas. hūiditas et siccitas. ⁊ ceteq cause q̄ sunt apte nate imutare sensum tact⁹. Sz tñ qz corpus gl̃iosum oīno est sb̃iectū spūi ꝓpetit ei ex naturali v̊tute vt cū non vult nō palpetur a corpe nō gl̃oso. et qñ vult palpet̄. Et ideo b. Greg̃. in omel̃. dicit. q dñs post resurrectōz palpandā carnē tribuit. quā ianuis clausis introduxit. vt oñderet post resurrectionē corpus suū esse eiusdez nature. sed alteri⁹ gl̃ie. Sz d. a. Si corpus gl̃iosum rōne dotis q̄ ōr subtilitas ñ pōt esse cū alio corpe in eodē loco. tūc nō possz ascendere in celū. et penetrare celos cū ipi non sint diuisibiles. fm illud Job. xxxvij. dicēt̄. Celi velut ere solidissimi firmati sunt. Ad hoc ōr. q corpus gl̃iosum siue xp̃i siue alteri⁹ scti ptrāseat celos seu alias spas celestes. sine eoꝝ diuisione nō ex vi sb̃tilitatis. sed ex diuina virtute. Quarto assumpsit corpus xp̃i q̄rtam dotē scz agilitatē q causabat̄ ex pfecto dñio aie sup corpus. qz dicit aug⁹. vbicūqz voluerit anim⁹ esse. ptinus erit et corp⁹. et g aia ad oēm differētiaz loci seu positionis. s. sursum et deorsuz. añ et retro. ad dextꝝ et ad sinistꝝ poterit corp⁹ suum mouere sine fatigatione. iō Isa. xl. ōr. Curr̄et ⁊ nō laborabūt. volabūt ⁊ nō deficiēt. In psenti aūt vita corpa nō mouētur sine fatigatiōe. et sunt tarda in motu suo ex ꝓtraria inclinatione nature elemēti dñantis in corpe ꝓtra volūtatē q̄ natura elemēti mouet ad determinatū locuz. etnon sb̃ditur perfecte volūtati. Sz in futuro corpa erūt agilia et ex pfecta sb̃iectione nature sb̃ imperio volūtatis. et g corpus gl̃iosum v̊tute gl̃ificationis sue poterit in celū ascēdere. verisil̃e est q etiā aliq̄n moueat̄ p libito sue voluntatis. nō ad aliquā indigētiā p motū supplēdā sed ad sue v̊tutis oñsionem. et vt sensus visus reficiatur diuersaꝝ pulcritudine creaturaꝝ. i q̄bus sapīa dei euidēter elucebit. sensus em̃ nō pōt esse nisi circa pñtia. q̄uis magis a lōgiquo possint sentire corpa gl̃iosa. q̄ non gl̃osa. vt dicit sc̄us Tho. Sz d. a. an corp⁹ gl̃osum possit moueri in instanti. rñdetur q nō. sed bñ pt moueri in tpe ipceptibili. verūtñ sicut aīa beatioz habebit corpus clari⁹. ita et agili⁹. sic tñ q voluntas sc̄oꝝ erit oīno q̄ūcta rōni. Nā voluntas nūq̄ appetet qd nō dz. Sz volūtas aie btioris nollet rōnabilit̄ moueri corp⁹ suū citi⁹. q alteri⁹ aie minus beate. ⁊ aīa minoz gl̃ie nōvelet corpus suū ita cito moueri sic alterius anie magis btē. et sic verificatur in omnibus hoc. q dic̄ aug⁹. q vbi vult spūs ibi erit. et ptinus corpus. Qd aūt spūs in momēto esse pt p mille miliaria. post resurrectionē scribit b. aug⁹. ō quodā hoie misericorde. Sz tñ de resurrectiōe corpoꝝ diffidēte quē de⁹ ppter suā miaz noluit depire. idcirco nocte q̄daz cū ipse in stratu suo dormiret. venit sc̄us Petr⁹ apl̃s aīam eius assumpsit in pratū amenum quā adduxit p mille miliaria. corpe in loco pmanēte. Cūqz illuc in momēto esset ducta. dixit apl̃s. vbi es et vbi ē corpus tuū? Rñdit aīa. corp⁹ meū domi dormi ēs reqescit et ego p mille miliaria hic existo ab eo. Et apl̃s. quō pt hoc fieri. ait aīa. quō enim ego h̄ sum. et corpus meuz illic de⁹ nouit et tu. q̄ me huc duxisti. et apl̃s. vis ait credere q possis a corpe separi. et in nouissimo die vna cum corpe resuscitari. Que cū dixissz nullā rez scirē tam libēter. statim assumpsit animā et in pūcto oculi eā ad corp⁹ reduxit. Et iste credul⁹ fact⁹ oībus q̄bus debuit enarrauit. Quātū ad q̄rtuz sb̃iungit̄ diuini doni p̄ciositas. cū ōr. pax vob̃. Nā pr̃ hñs dilectos filios dat eis munera p̄cōsioza q̄ hz. Sic xp̃s hñs dilectos filios apl̃os. quos in finē dilexit donū eis dedit. Et hoc donū est pax. quā tāq̄ p̄ciosissimā dedit eis p⁹ suā resurrectionē. Et in hoc qd dedit eis pacē di. Pax vob̃ dedit eis patrē et seip̃m et spūsanctū. Quia dic̄ b. aug⁹. li. de collatiōe trinitat̄ i fine Pax trib⁹ lr̃is scribit̄. a. nat̄a. p. patrē. a. filiuz nūcupari. x. spūsctū nec sine rōe hoc dcm̃ putes. A eīs ꝓncipiū ē lr̃a. nec añ se hz aliqd elementū vt sciatis añ filium nl̃ esse ipo testāte. q iudeis ait Joh. vnj. Ego ꝓncipium q et loquoz vobis verūtñ hec lr̃a est et sillaba et lōga et ꝓma. Sz q lōga est eēnitatez filij dei non tpalez insinuat. Qd aūt sillaba ē. hoc significat q pr̃ i filio et fili⁹ in patre est. et hoc vex ē. Quia vo ꝓma est significat q fili⁹ scds ñ ē aūt posterioz sic dixit p Johem in apoc̄. xxij. Ego suz alpha et o. ꝓm⁹ ⁊ nouissim⁹. inicium ⁊ finis. Sz iō nouissimū accipe. qz dign⁹ ē i fine tpm hūilit̄ nasci et mori ⁊ iudiciū nouissimū suscipe. Et sb̃dit aug⁹. x. ē tertia lr̃a ⁊ i fine vt itelligas spūsctm̃ nō ad finem tendere. sed ad supnam semp maiestatez

pax quadruf

Sermo xiij.

Exquo patet q̄ xp̄s meli⁹ donū ñ hūit q̄ p̄ez seip̄m et spūsctm̄ qđ dedit aplis.qñ dixit. pax vob.Circa qđ notādū.q̄ pax est q̄druplex.pma est carnaliū pctō⁹.t hec repitur i adultez et adulterā.foznicatozē t foznicatricē.vt dicat mr illud Cant.vnj.Ego mur⁹ et vbera mea sic turris.exquo facta sum cozā eo q̄si pacē repiēs Hāc pacē hūit salomō cū mlierib⁹ alienigenis q̄z erāt septingēte cū q̄bus adulteriū cōmisit. nj.Reg.xij.iō ōr de ipo Ecc.xlvij.Salomō impauit in dieb⁹ pacis.et cito p⁹ seq̄t inclinasti se moza tua mulierib⁹.hūisti potētiā in cozpe. de disti maculā in gl̄am.In dieb⁹ em̄ belli t aduersitatis hoies nō vacāt libidini.sz in dieb⁹ ocij. Sic illud patz de zodomitis q̄ tpe ocioz pctā ꝓtra naturā grandia et innomiabilia ꝓmisert. Ezech.xvj.Dauid aūt cū etiā ociaret in domo Joab exīte in bello adulteriū cōmisit.ij.Reg. xj.Liuitas romana cū bellis t discordijs ꝓtra cartaginē vexarer vtuosis exercitijs colebat. Sed post⁹ cartago subuersa fuit ocio libidini et gule roma se dedit.t plus nouit zome euersa cartago q̄ ꝑus noceret aduersa vt dic Aug̃. de ci.dei.c.xix.in hoz signū menr marci⁹ deo belli fuit ꝓsecrat⁹.ille idem menr in quo solent reges ad bella ꝓcedere.ij.Reg.xj.Et statī mēsis imediate sequēs q̄ est aplis venerī est dedicat⁹.in signū q̄ finito bello t exercitio bonoz actuū tpe pacis t ocij libido dñat.iuxt illd.ocia dāt vicia.fugiāt g̃ ꝓcul illa.Et Ouid.de remedio amoz.Ocia si tollas pire libidis act⁹.Hāc pacē xp̄s aplis nō dedit.q̄ ꝑus adulteriū ꝓhibuit.Mat.v.q̄ viderit mulierez ad ꝯcupiscēdā eā iam mechat⁹ est eā in cozde suo.Scda pax ē mūdialiū ꝓspiratoruz.q̄ nr aliud est q̄ q̄dā violentia calūniose fraternitat.q̄ mali se ꝯcolligāt et ꝓfederāt ad resistendū et nocendū iustis.Eo mō ꝓfederati sunt ammō et ionadab vt nocerēt thamar.Nam in tali colligatiōe dedit ionadab ꝓsiliū ammō vt sīlaret infirmitatē et se sup lcm poneret.vt sic fozozē suā deflozaret.qđ t factū est.ij.Reg.xnj.Illo mō ꝓfederati sunt socij absolonis cū eo vt nocerēt iusto dauid.ij.Re.xv Hoc mō balach et balaaz ad maledicēdū pplo dei et sibi nocēdū facti sunt ꝯcordes.Numeri. xxij.Suo q̄dē modo herodes et pilat⁹ facti sūt amici.vt xp̄m mozti traderēt et ꝺēnarent.Et sic videm⁹ q̄ inr spinas sterules et infructuosas lōge maioz est ꝓnexio q̄ inr arbozes fructiferas sic in ꝓgregationib⁹ et collegijs maloz hoīm. lōge fortioz ē cohērētia ad inuicē ad se defendēdū q̄ sit bonoz ad cozrigendū malos vel extirpandū.iuxt illud Nau.j.Sic spine se ad inuicē cōplectunr.Sic ꝓuiuū eoz piter potantiū.de hac pace maloz t vnitate dic Greg.in pastor. Sic multū nocet si vnitas deest bonis.Sic valde noxiū si non deest mal sed adest.cui applaudet Jsi.de sum.bo.li.nj.dicēs.Lōcozdia malorum cōtraria est bonoz.Et sic optādum est q̄ boni pacē habeāt ad inuicē.ita optādū ē vt mali sint discordes.impedit igitur bonoz iter si ñ diuiditur vnitas maloz.impij em̄ sic mare feruent.Sicut ergo populus hebreoz impediebatur per mare rubrum ne euaderet pharaonē et in terrā pmissionis intraret.Et diuisum mare virga moysi ꝓbuit iter seruis dei Sic mali iter bonis ꝓhibent ad salutem vbi eoz vnitas t pacis vinculum vīga iusticie diuidatur.in malis nexibus cōgregati sunt contra bonos licet in se nullam habent pacem.Et hoc ꝓbat Lassi. super ps̄.lxxij.Cum em̄ peccatozes videtes lo cupletes multis dñari populis.et in mundo q̄ timeant non hnt pacez habere putant.Sz pax ista cū cōscientia semp litigat et rixatur.Et cū hostem non habeat secuz decertat.Supbia em̄ consulit vt ad dignitatē ascendat.inabilitas vero et grossicies ꝓhibet largitas eius cuncta ꝑ digaliter affectat expendere.sed cupiditas oīa p̄cipit rebuare.Luxuria ꝓpter voluptatē vult quiscere.Sed ꝓpter lucruz auaricia vult laborare.negligentia dormire.hipocrisis ieiunare. vt bene potest dicere cum ps̄.xxxvij.Non est pax ossibus meis a facie peccatoz meoz.Hāc pacem xp̄s nec dedit discipulis suis.quia dicit ps̄.Zelaui super iniquos pacem peccatoz videns.q.d.ꝑm glo.inuide t male tuli pacez peccatorum.et in alio ps̄.xxv.O diui ecclam malignantium.i.ꝓgregationē maloz.Tertia pax est curialium p̄latoz.et hec nihil aliud est q̄ quedaz negligentia scelerose impunitatis.Q̄n em̄ videt p̄latus peccata notoria sb̄ditoz t ea dissīlat iuste corrigendo.imo dissīlat scire.talis p̄latus vocatur prcificus.Humectatio em̄ locorum circa aures que vocātur tympora delacte mulier inducit somnum.Et sīlr quando p̄latus habet verba remissionis t dulcedinis ad manifeste malos.adducit eos ad dormiendum in pctō suo.vba ꝓphetarum et platoz antiquitus onera vocabātur.vt Malach.j.Onus vbi dñi ad israhel.Et in Jsa.xvij.Onus damasci. et xv.Onus egipti.onus tyri.xxij.tc.Debent em̄ p̄lati vba esse onerosa ꝓtra rebelles t pctōres.sz solatiosa ad deuotos t hūiles.Sz distiguēdū videt i remissione t rigore i p̄latis qz si loq̄t ō eoz psonali iuria vl ō ꝛogatiōe honoris iueniūt acutissimi t rigidissimi nr remittūt Si ō iuria vl hoz diui diminutiōe ibi sūt remissimi.nec curāt oīno.Cū em̄ audiūt vl pcipiunt aliquē ō eis male loq̄ statī punire sciūt.t si ñ in cozpe tñ i fb⁹ Si ar sciūt ꝓtiue nocē ōi ꝑ iniquos

Dnica scda post pasca.

et ꝑcipue pessimos ꝛ maximos lusores blasphemare ꝓrurare ꝛc̄.hec poptime sciunt dissimulare. Cōtra quos loqtur Crisost.sup Math.Eps si ꝺ bitū honoris nō accepit a ꝑsbitero.aut ꝑsbit̄ si nō accepit a diacono.aut diacon⁹ a lectore ira scitur et turbat̄ Si aūt viderit aut eps ꝑsbiter ꝛ aut ꝑsbit̄ diaconū.aut diacon⁹ lectorē circa ob sequiū ecclie nō ꝑmanētem.aut alias peccātē i deū.nō irascit̄ ei neq curat qz oēs q̄dez.q.d tā plati spūales q̄ sc̄lares de suo honore solliciti sunt.de honore aut dei nll's.hec ille.Quāuis em̄ esse pacificū et patiētē in ꝓpriis iniurijs sit laudabile. esse tm̄ patiētē in dei injurijs in plato summe est vitupabile. Jn cui⁹ figurā xps sic legit̄ dixisse Math.mj.qm̄ diabol⁹ dixit sibi. Si filj⁹ dei es dic vt lapides isti panes fiāt. patiēt̄ sustinuit.ꝛ p autoritatez scripture eum ꝓfutauit. Jtez secūdo qm̄ dixit.Si filj⁹ dei es mitte te deorsum.qz iste due tēptatiōes nō fuerūt directe. nisi ꝓtra hūanitatē . Sz in tertia tēptatione qm̄ dixit.hec oīa tibi dabo si cadens adorauer⁹ me repulit miser ꝛ cū indignatōe dicēs. vade retro sathanas nō tēptabis dñm deū tuū. sup quē locum dic̄ Crisost.exēplo xp̄i discam⁹ nr̄as iurias eq̄nimit̄ sustinere.dei aūt iniurias neq vsq ad auditū sufferre. qm̄ in ꝓpriis iniurijs ee quēq̄ patientē laudabile est.iniurias vo dei dissimulare nimis impiū est. Hāc pacē etiā xps nō dedit discipulis suis.qz de ista pace et negligētia in platis dixit Lu.xij.et Math.x. Nō veni pacē mittere sed gladiū.i.acutā correctionez viciorum. Quarta pax est fideliū et bonor ꝛ.et est triplex scz tpis.pectoris.et eternitatis.de q̄ dixi ꝓte ꝑma.feria.mj. Judica.ser.ij.a a t.vel alia diuisione.qz hec pax est hoi q̄tissime volūtatis. perfectissime vnitatis.vel iocūditatis felicissime. de ꝑma dicit Aug⁹.li.nj.de vbis dñi.pax est securitas mētis.trāquillitas animi.simplicitas cordis.amoris vinculū.ꝑsortiū caritatis.Hec ē q̄ singlares tollit.bella cōpescit.cōpmit iras. supbos calcat.hūiles amat.discordes sedat. iurias cōcordat.cūctis est placita.cūctis benigna nō q̄rit alienū.nihil deputat suū. docz amare.q̄ odisse nō nouit.nescit extolli.nescitq̄ irascī. De scda dicit idē Aug⁹.li.xix.de ciui.dei.c. xnj. Pax corpis est ordinata tpantia ptiū. pax aie rōnalis ordiata reqes appetitionū.pax corporis et aie est ordinata vita salus amātis. De tertia dicit dñs Jsa.xxxij.Sedebit ppl's meus in pulcritudine pacis.de q̄ Aug⁹ sup ps.lxxxmj. dicit. Quis nō desiderat illā pacēvñ amic⁹ non exijt.quo inimic⁹ nō intrat.vbi nullus tēptator est.nullus seditōsus.nullus diuidēs populuz dei.nullus fatigās ecclesiā.

Dñica ꝑma post octauas pasce . Sermo

QRistus passus est.ꝓ nobis.vob relinquēs exēpluz vt sequāmi vestigia eius.j.Pe.ij. Fm mat̄ales sanctutē a putredie ꝓfuandi. videm⁹ em̄ q̄ si A carnes i plenilunio ponātur ad radios lunares scaturiūt ibi v mes.eo q̄ ipa luna augmētat carnis hūiditates meditātib⁹ q̄bus disponit̄ ad corruptionē.Si aūt carnes sunt salite min⁹ ꝑt eid luna nocere.qz sal a carnib⁹ extrahit hūiditates.iō hoies volētes carnes a putredine ꝓfuare ponūt eas in sale.Mozal'r ꝓ sal vno mō significat̄ amaritudo pnie. vel satisfactiōis. Sz ꝓ carnes significāt carnales delectatiōes. Et sic sal ꝓfuat carnes a putredine corruptiōis.Sic pnia iniūcta cuilibz.ꝓ pctis suis ꝑfuat a carnalib⁹ delectatiōib⁹ seu ꝓcupiscētijs. qz ꝓ pnia caro nr̄a deo imolat̄.iō p altare figurat̄. Exo. xxmj. Jn quo carnes singliū sacerdotes offerebāt.Sic sacerdotes penitēciarij offerebāt per pnias carnes nr̄as dño.ne nos vlteri⁹ trahant ad pctm̄.iō dz q̄libz iūcta pnia libenē ꝓfuare. qz dic̄ aug⁹.pax ē hoiez pctōrez penitere . nisi pnias pegerit Et sōdit ad emēdāda crimia vox penitudis nō sufficit. Nā i satisfactiōe pctōr ñ vba sz etiā opa requirunt Alio mō ꝓ sal significat̄ amaritudo xp̄i passiōis Et hec q̄dē a putredie carnal'libidis.q̄ hoiez illo tpe solito vexat. fortit̄ ꝑfuat.idcirco apl's cui dat⁹ ē stimul⁹ carnis ij.Cor.xij.vicz tēptatio pcti carnal'q̄ fortiꝰ ꝓcupiscētiam mouebat.Fm glo.semp passionem xp̄i meditat⁹ ē.vt ꝛ hāc tēptationē ꝓpelleret ꝛ fugaret.ꝓpter ea dic̄.j.Cor.ij.nō iudicaui me aliq̄d scire inter vos nisi ihm xp̄m ꝛ hūc crucifixum Et ad Gal'.vj.ego inq̄t stigmata xp̄i dñi ihu in corpe meo porto.q̄re scā eccl'a ordinauit.vt hec epl'a hoc tpe legat̄.i q̄ ꝺ passiōe xp̄i mēorat̄. vt filie ꝛ filij sui hāc meditātes.tā q̄ ꝓ sal spūale a carnal'ꝓcupie putredie ꝓfuarēt illesi.iō dic̄ xp̄s passus ē ꝓ nob ꝛc̄. Jn q̄b⁹ q̄dē vb breuit̄ duo tāguntur.ꝑmū ē qꝺ tāgit̄ bñficiū passiōis ibi.xp̄us passus ē ꝓ nob.scōm exēplū imitatiōis ibi.vob reliquēs exēplū De ꝑmo ē notāꝺ qñ aliq̄s dñs B tpal'ppl'o suo captiuato volūtarie patereꝰ etvs q̄ ad mortē vulnerareꝰ mediātevicz ip⁹ passiōe magnū bñficiū ppl'is suis p̄starꝰ.ꝛ caritas maxima ꝓ ipm mōstrareꝰ.iux illꝺ Joh.xv.maiorē hac caritatē nēo hz vt aiaz suā ponat q̄s ꝓ aicis suis.Quāobrē illꝺ bñficiū nūq̄ dz obliuisci.iuxta illꝺ dcm̄ Sen̄.i li.ꝺ bñficijs .bñficior mēoria senescere ñ dz Et sapiēs Carho.bñficij inq̄t accepti mēor esto.Ad ꝓpositū aūt dñs nr̄ ihus xps passus ē ꝓ salute omniuz.q̄tum ad sufficientiam.licet non q̄tum ad efficaciam et nō solum passus est.vt dic̄ Petrus in vbis p̄assumptis. Sed etiā vulneratus est vsq ad mortē. Jsa.liij

Sermo íx.

Vulnerat⁹ est ꝓpter iniq̃tates nr̃as. Et idcirco est maximũ bñficiũ nobis impẽsum. et nũq̃ obliuiscẽdũ. sed sp memorãdũ. Quia dic̃ deuotus doctor Amãdus in ho. sa. li. j. c. xmj. Frequẽs passiõis xp̃i mẽoria indoctũ quẽq̃ reddit doctissimũ. ⁊ impitos ac ideotas facit, ꝑficere i mgr̃os. mgr̃os inq̃ scie nõ que inflat. sz caritatis q̃ edificat. Sz heu multi inter nos huⁱ⁹ xp̃i passionis obliuiscũr. et ingrati sunt ⁊ demonis ꝓsuasionib⁹ in voluptates ꝓsentiũt. Sic patet ex illo exẽplo sumpto ex gestis romanor̃ vbi legitur. Impator q̃dã statuit ꝓ lege Quicũq; virginẽ de manu raptoris liberaret eã si sibi placeret in vxorẽ duceret vel hr̃et. Accidit aũt eo tẽpore vt q̃dã tyrãn⁹ v̊ginẽ pulcerrimã rapet et i siluã q̃ndã duceret defloꝛandã. cũ illa clamarz miles q̃dã iñ trãsiens. et vocem puelle audiens equũ calcarib⁹ pupugit. et ad eã veniẽs causaz clamoris req̃siuit. Cui v̊ go. o dñe mihi succurre. nã tyrãn⁹ iste mevi rapuit. ⁊ iã me defloꝛatã occidere disponit. Ecõtra tyrãn⁹ vxor mea est in adulterio eã repperi ⁊ iõ eã occidere curaui. Miles g̃ rogatu puelle cũ raptore pugnauit. ⁊ duros ictus vulneraq; multa suscipiẽs. tyrãnũ supauit. habita igit̃ victoria puella fidez militi dedit. vt ⁊ alii ꝓter eũ nõ amaret. fide data ait miles. in castro meo ꝓ aliquot dies manes. ⁊ interim ad pentes meos ꝓgens q̃ sunt necessaria ꝓ nuptijs, ꝓcurabo Cũq; abijsset miles venit tyrann⁹ ad castr̃. ⁊ pulsauit. ⁊ dñ nõ statiꝫ itromisus essz. multa, ꝓmisit ⁊ vt cã duceret in vxorez At illa dictis ei⁹ acq̃euit et ipm intromisit. nec postea veniẽti militi fidẽ seruauit. Spũaliter ꝓ impatorẽ intellige pr̃em celestẽ. cui⁹ impio oia q̃ in celis ⁊ in ẽris sunt obediũt et regũt. Quia nõ est q̃ possit resistere sue volũtati. Hic impator celi dedit legẽ in nouo testamẽto et in antiquo. i ãtiquo q̃dã dedit legẽ vt ceruicẽ supbor̃ hũiliaret. de hoc dic̃ mgr̃ sen. ser. ij. de aduẽtu dñi. de⁹ magno et ꝓfundo cõsilio suo legẽ ꝓus dedit q̃ filiũ mitteret. vt hois supbiã domaret et insufficientiã hũanã cõuinceret. ne sibi iusticiã arrogaret. et frustra xp̃m venisse iudicaret. In nouo aũt dedit leges vt hũanã audaciaz coerceret. ꝺ hoc dic̃ Jsi. di. mj. c. facte. Facte inq̃t sunt leges vt eaz metu hũana audacia coerceret tutaq; sit int̃ improbos inocẽtia. His g̃ legibus statutis accidit vt raptor q̃dã. i. diabol⁹ raperet puellã. quã intellige gen⁹ hũanũ qꝺ ꝓ peccatũ violabat. ⁊ eternal̃r occidere volebat. Sz clamabat ad deũ ꝓ liberatiõe gen⁹ hũanui per Jsa. xvj. Emitte inq̃t agnũ dñatorẽ terre. ꝺ petra deserti. i. de celo qꝺ fuit dext̃ũ ꝓ angl̃os malos ad mõtẽ filie sion. cui⁹ q̃dẽ clamorẽ audiuit xp̃s miles generosus eq̃tãs sup diuinitatẽ veit in siluã huⁱ⁹ mũdi. iuxt̃ illud Exo. nj. Clamorez eius audiui. ⁊ descẽdi liberare eũ. Cũ g̃ cãz clamoris didicisset. et q̃liter genus hũanũ tyrãn⁹ diabolus violẽter oppressisset. certamẽ ꝓtra ipsum inijt atq; assũpsit ⁊ dira passus ẽ ꝓ libatõe generis hũani. a iudeis diaboli mẽbris. Nã vt dic̃ tho. in ꝓpen. the. ve. li. mj. c. de passiõe Qꝺ xp̃s sustinuit in tactu clauoꝛũ aspitatez. In auditu obꝓbꝛioz̃ ꝓfusionẽ. In odoꝛatu sputo D ruz feditatẽ. In gustu aceti et fellis amaritudinem. In oculis lacrimaz̃ effusionẽ. in coꝛde penaz̃ timoꝛẽ. iõ dic̃ h̃ apl's. xp̃s passus ẽ ꝓ nob. Primo q̃dẽ passione generali. qz ꝑm oia mẽbra coꝛpis. iuxt̃ illꝺ Jsa. lnj. Vidimus eũ non hũtez spẽz neq; decoꝛẽ Secũdo passiõe acerba. Tre. j. O vos oẽs ⁊c. Tertio rõne intẽsiõis ꝓpt̃ optimã dispositionẽ ipi⁹ patiẽtis. Tũ ꝓpter ei⁹ innocẽtiã. tũ ꝓpter ei⁹ honoꝛ excellentiã. Honorabilis em̃ cũ ꝓfundit̃ plus ledit̃ ⁊ ꝑcipue inter suos. Quarto passiõe g̃uissima. ꝓpter ei⁹ v̊tuositatẽ. Ille em̃ miles xp̃us q̃ passus est ꝓ salute generis hũani est v̊tuosissim⁹. g̃ ei⁹ passio fuit g̃uis. qꝛvilis hõ de morte dolere nõ debz. cũ turpitudo fine hz. vt dic̃ tho. vbi s. Quito passiõe ignominiosa. ⁊ hec ignominia attẽdit̃ i patibulo crucis vbi fuit suppliciũ ⁊ in ꝓsortio fuit iniquoz̃ cũ q̃bus deputat⁹ est. iõ dixer̃t Sap̃. ij. Morte turpissima cõdẽnemus eũ. Et notanter dic̃ apl's pe. xp̃s passus est. ⁊ nõ dic̃ fuit passus in hoc inuẽs. vt ei⁹ passiões tot ⁊ tãte fuerunt. q̃ nemo ꝑt eas explicare. iuxt̃ illꝺ ps̃. lxxxvij. Oms fluct⁹ tuos induxisti sup me. Et dic̃ induxisti. ꝓ hoc signãs q̃ oia hec de passione eius ꝓphetata fuerũt certitudinal̃r euenerũt. Nõ dic̃ h̃ q̃ta passus sit. qz hoc exp̃mere ñ potuit. Sic xp̃i naꝛa q̃tum ipius ad teneritatẽ oim aliozuz hoim naꝛaz icõpabil̃r excedit. ita ei⁹ passio passiões aliozz icõpabil̃r trãscẽdit. iõ dic̃ aug⁹. in ser. ꝺ passiõe. Caput nr̃m ituemur. m̃lti martires tl̃r passi fũt. sz nl̃ sic eluez quõ caput nostr̃. Sz ꝺ. quõ hoc fuit q̃ xp̃s tñ dolorẽ sustinuit. cũ ipe fuit ver⁹ cõpbensoꝛ ⁊ gaudiũ btitudis re dũdabat i sensualitatẽ. absoꝛbedo oẽm doloꝛẽ coꝛpi inferibilẽ. vt dicũt doc. Ad hoc ꝺr̃ q̃ miraculose fuit factuz. qz redũdãtia btitudinis et gaudij iterioꝛ ita suspẽsa fuit i xp̃o q̃ i nullo remisit doloꝛez exteriozem. vt tãgit gl̃. Leui. vj. dicens. Tpe passiõis xp̃i diuitas i celũ abisse ꝺr̃. nõ q̃dez locũ mutãs. fz v̊tutez cohibens vt possent ipij passionez ꝓsumare. iõ patz q̃ xp̃s voluit sibi i passiõe sb̃trahere miraculose q̃ ex gr̃a dignat⁹ est suis martirib⁹ tpe passiõis clargiri nã q̃to durioza ꝑssi fũt exteri⁹ tãto magꝭ illꝰ deus affuit int̃ius ꝓsolando. iõo b. Laurencius sup cratem positus dixit ad Decium. Carbones tui mihi refrigerium prestant. Et beatus Tiburcius dum super carbones ignitos ince

deret ait. videt mihi q̄ sup roseos flores icedā in noie ihu xp̄i. Sic xp̄s in sua passiōe nullā cō
solationē recepit. ppter qđ dixit. deus de⁹ me⁹
E vt q̄d dereliq̄sti. Sz si q̄reret a. ppē quos xp̄s
passus est. rn̄dit Petr⁹ dicēs. p nobis. s. hoib⁹
non p demonib⁹. Qđ etiā tāgit infra cū dic̄. q̄
pctā nr̄a ipe ptulit in corpe suo sup lignū. s. cru
cis. vt pctis mortui. i. ampli⁹ nō peccemus sic̄
mortui sed iusticie. s. xp̄o viuam⁹. cui⁹ liuore sa
nati sum⁹. s. a pctō⁹ infirmitatib⁹. Et dic̄ mg̃r
li. nj. sniaz. di. xxnj. c vl. Qđ portauit pctā nr̄a
xp̄s. i. penā pctō⁹ nostro⁹. q̄ p ipius penam.
quā in cruce tulit pena nr̄a relaxata est. iō ōr ō
sum. tri. z fi. ca. c. firmiter. Qui etiā p salute ge
neris humani in ligno crucis passus est. Et sic
millies iste xp̄s p passionē suam redemit nos a
tyranno q̄ nos rapuerat ptāte. iō debemus sibi
fidē dare vt eū solū diligam⁹. sibi seruiam⁹. et i
spōsum hēamus. vt dicat qlibet. spōsus sangui
num tu mihi es. Exo. mj. i. redemisti me sangui
ne tuo p̄cioso. Et non solū xp̄s nos liberauit a
diabolo. sed locauit nos in eccl̄ia suo castro ab
iens interim ad patrē suū. z nuptijs necessaria
disponēs. volens q̄ sil̄es sim⁹ hoibus expectā
tibus dn̄m suum qn̄ reuertat a nuptijs. Lu. xij.
Sz timendū est q̄ multi q̄ in sacra xl. xp̄o fidē
dederūt. nolle ab eo separi. veniēte diabolo ty
ranno. et multa eis p̄mittēte. s. longā vitā. gl̄az
mūdi. et honores aut delicias. statim ostium ei
cordis aperiūt et ip̄m intromittūt. et xp̄o fidez
frangūt. et in p̄stina pctā cadunt et recidiuant.
Sz hec rēcidiuatio in pctā causat septē mala in
hoie recidiuāte. q̄ p septē spūs neq̄ores figurā
tur. Math. xij. Primo p ip̄m redditur pctō⁹ p
nior ad labendū. secūdo durior ad p̄terendum
tertio tardior ad p̄stenduz. q̄rto infirmior ad
resistendū. q̄nto p̄nior in malū p̄sistendū. sexto
demon imp̄robior fit ad impetēdū. septimo ōs
efficit difficilior ad miserandū. Jō sapiens dis
suadet recidiuū dicēs. Fili pecc̄esti. ne adijcias
ite⁹. sed et de p̄stinis depcare vt tibi dimittāt
Ecc̄. xxj. Et nota q̄ hō q̄ vult cuitare recidiuū
peccati debet r emēorare turpitudinē p̄teritō⁹
pctō⁹. Quia dicit mg̃r sen. sup illō apl̄i ad Ro
vj. Quē fructū. i. vtilitatē hūistis tunc in ill̄. s.
turpitudinib⁹ et pctis. in q̄b⁹ nūc scz p⁹ pniaz
erubescitis. q. d. nullā. Jō Apl̄us. pctā p̄terita
cōmemorat. q̄ hec cōmemoratio facit pctā p̄o
ra abhorrere mala. et p̄sequēter pcti recidiuuz
euitare. Et merito q̄ s̄m apl̄m vbi supra. Finis
illo⁹ scz q̄ ite⁹ peccāt moraliter. mors scz ge
henne Qđ patet in p̄clusione exēpli p̄cedentis
F vbi cōcludit. Cū puella facie a milite q̄ eā a ty
ranno liberauit auerteret z intromittere nollet
miles iudici conq̄stus est de muliere et raptore
iudex p eis misit. et inter ceā puelle dixit iure
duplici vxor fuisti illius. tum q̄ de manu rap
toris te libauit. z tū q̄ fidē sibi dedisti. q̄re g̃ ia
nuam alteri apperuisti et eū intromisisti. Cūq̄
illa rn̄dere nō posset. dedit iudex sniaz mortis
sup illā. Sic spūaliter xp̄s videns animā lapsā
in pctm̄. hortat eā vt sibi apperiat cor suū p cō
tritionē et p̄fessionē. Cū ōr Cant. v. Aperi mi
hi soror mea spōsa. Cū aūt pctō⁹ p̄suetudine
allecta apire xp̄o recusat. tūc eā apud patrē iu
dicem eternū accusat. z ille p ea mittit. q̄n eā p
morte corpalem a corpe diuidit. Et dicit dupli
ci iure. s. creationis et redēptionis. sponsa filij
mei eē ōbuisti Cūq̄ illa nō inuenerit qđ rn̄deat
Tūc sniaz ecne dānationis iudex p̄fert. quia fi
nis illo⁹ q̄ in pctis manēt mors scz eterna est.
iō cū summa diligētia debet hō vitare recidiuū
Nā apl̄s oibus iustis dicit. Euigilate iusti z no
lite peccare. j. Cor. xv. p hoc monens eos ne
recidiuēt in pctm̄. Si tñ p̄tingat ex hūana fra
gilitate quēq̄ ite⁹ qđ tñ deus auertat nō ōspe
ret. nec diutius in pctis iaceat. sed pniam agat
z cū p̄pheta dauid. ij. Reg. xij. dicat Peccaui i
dño. q̄ deus dicit hoi impenitēti. et pctm̄ suū
nō recognoscēti. illud hiere. ij. Ecce ego i iudi
cio p̄tēdaz tecū. eo q̄ dixeris nō peccaui. Quā
tum ad secūdū p̄ponit nob apl̄s exemplū imita
tionis. cū dicit. vt seq̄mini vestigia ei⁹. dic̄ Jsi. G
li. xvij. Heliotropia est herba sic dicta. eo q̄ sol
sticio estiuo floreat. vel q̄ solis motib⁹ folia cir
cūacta q̄ertat. ppter qđ a latinis solsequiū vo
catur. Seq̄tur em̄ eius flos. solis cursuz et i oi
pūcto in ortu videlicet et occasu sp se ad ipsuz
q̄ertēs et florē suū aperiēs siue claudēs. Mo
raliter p hāc herbā accipe p̄sciam hois in vtuti
bus florida z. q̄ debet seq̄ vera xp̄i vestigia veri
solis. p̄siderando videlicet labores ei⁹. quos i
discurrēdo ptulit. in q̄bus s̄m p̄s. a iuuētute fu
it. et in effusionē lacrimar⁹ q̄s in cōpatiēdo oñ
dit Lu. xix. Cū vidēs ciuitatē hierl̄m fleuit sup
illā ex cōpassiōe. Et sil̄r plagar⁹ illationez q̄s a
iudeis ptulit. z sic ō alijs. Et dēt ei totā suā ītē
tionē apire. nō solū in ortu p̄spitatis. sz etiā in
occasu tribulatōis z aduersitatis. Exēplo isti⁹
frīs de quo legit i vitas patr⁹. q̄ int̄rogauit quē
dā senē dicēs. Si fuero i aliquo loco et nata fu
erit mihi tribulatio. et nō hūero aliquez cui me
cōmittā. dolores et passionē indicē q̄d faciam.
Tūc dixit senex ei. Crede in deū. q̄ ipe mittet
angelū suū et gr̄az suā. z ipe erit tibi p̄solatō si i
caritate rogauer̄is. Pro quo ē notāđ q̄ vestigia
diuinitat̄ seq̄ nō possum⁹. q̄ Job xj. celsior ē ce
lo. z q̄d facies. p̄fundior ē iferno. z vñ p̄gnosces h
z iō vestigia hūanitat̄ seq̄ debē⁹ vt q̄libz dicere
possit Job xxnj. vestigia ei⁹ secut⁹ est pes meus

Regm̃ nr̃ra ꝯ̃ dem̃ ꝯ̃ de.

Sermo ix.

Et ꝑmo in mortis cõsideratione. qz xp̃s passus est z mortu⁹. vt mortem nr̃az sp meditemur. iu xta illud Ecc̃. vij. Mẽorare nouissima tua. z in eternũ non peccabis. Et .xmj. Memor esto q̃ mors non tardabit. Nã statutũ est oĩbus semel mori. Ad Heb. ix. Ut q̃libet possit dicere cũ sapiente. Sap̃. ij. Trãsit vita nr̃a tanq̃ vestigiuz nubis et sicut nebula dissolueꝫ. hec mors sp est meditãda. Quia ꝛm Berñ. nihil in reb⁹ humanis certius morte. et nihil incerti⁹ hora mortis inuenit. iõ idẽ Berñ. in quodã sermone. Nõ cogitantẽ de morte reꝓhendit dicit. Miser hõ q̃re nõ omni hora te ad mortez disponis. cogita te iam mortuũ cũ sis de necessitate moriturus distingue qualiter oculi v̄tentur in capite. vene rũpent in corpe. et cor scindet dolore Et btũs Greg̃. in mora. tratans illud Job. Numer⁹ annoz incert⁹ est sic ait. circũspicit impi⁹ q̃ tpaliter florez et pensare negligit. q̃ ad interitũ ducitur. et in vitã carnis fiduciã ponit. eãq̃ pmanere estimat. quã ad tp̃s tenet. solidat in elatione anim⁹. quẽ repentina mors surripit. Nunq̃ cõsiderat q̃ sit incerta eius felicitas nũq̃ pensat. Nam si incertitudinẽ fugiẽtis vite cõspiceret. incerta ꝑ certis nũq̃ teneret. Iõ deuotus doc. Amãdus in ho. sapi. ij. c. ij. Narrat ꝺ quodam iuuene q̃ morte ꝓuentus in ꝓximo migraturus erat. et de salute sue aie nihil disposuerat iõ lamẽtabiliter inter ceꝫa ait. O q̃ mĩme credidissem. q̃ tã cito mori debuissem. Et deide alloquitur mortẽ. O misera repẽte q̃si ex insidijs crũpens. irruisti sup me. comꝑhẽdisti atq̃ mille funibus ligasti. et in vinculis ferreis tecũ trahis. sicut trahi solet dãnatus ad supplicũ mortis. Nunc ꝑ doloze mortis cõplosis manib⁹ rugitum emitto. cupiẽs mortẽ effugere et non est locus effugẽdi. Circũspiciã ad oẽm plagam. z deficit cõsolator. et adiutor fixuz est imutari ñ pot. vocẽ mortis horribilẽ audio. intonantẽ at q̃ dicentẽ. filius mortis es tu. nec opes nec ratio nec ꝓgnati nec amici valebũt te liberare de manu mea finis est. decretũ est implere oportet hec ille. Quare necesse est valde oĩbus hoĩbus vt suam mortẽ cõtinue ꝑ oculis habeãt. z de salute aie sue ꝓcurent. ne eis siꝫia cõtingant. Sz d. a. audiui supius ex dicto sapiẽtis. q̃ vita nr̃a transit sicut vestigiuz nubis. Exquo videtur q̃ nulla post hãc vitã erit homini mẽoria. sed peribunt in corpe et aĩa. q̃ transeũte nube nullũ vestigium eius erit. et manebit. sic nec vite nostre Ad hoc dicũt oẽs doctores catholici. Et hec ẽ fides nr̃a q̃ vita hũana est denuo repanda. aĩa eñ hũana naturaliter habz inclinationẽ ad corpus suũ eternaliter ad ministrãdũ Natural eñ inclinatio nõ ast frustra. Ergo cũ cõstat omnes mori. necesse est ponere corpa eoꝝ ad vitaz q̃ q̃ rediturã. vt dicit Holkot sup li. sap̃. lec. xvj. Iõ dicit Job xix. Scio q̃ redẽptor me⁹ viuit. z in nouissimo die de ꝛra surrectur⁹ sum. Et eze. xxxvij. dicit dñs. ego aperiã tumulos vr̃os. et vos educã de sepulcris vr̃is. Et ibidẽ dicit ossibus aridis. dabo vobis spm̃ et viuetis. Sz cõtra hoc iterũ instaret aliquis. et ꝑmo ꝑ illõ ps̃ xxxvnj. Remitte mihi vt refrigerer ꝓius q̃ abeam et amplius nõ ero. Secũdo ꝑ illud Job vij Sicut cõsumitur nubes et ptransit. sic q̃ descẽdit ad infernuz non ascendit nec reuertet vltra in domũ suã. Tertio ꝑ illud Job x. Uadã et nõ reuertar ad terrã tenebrosaz Quarto ꝑ illud. ij Reg̃. xij. Quod dixit dauid post mortẽ pueri. quez genuit ex adulterio de bersabee. ego vadã ad illum ille non reuertet ad me. Quinto ꝑ illõ Ecc̃s. nj. Un⁹ est interit⁹ hoĩm et iumẽtoꝝ. et equa vtriusq̃ cõditio. sicut moritur hõ. sic et illa moriũtur. Sexto ꝑ illõ ps̃. xlvnj. Sepulcra illoꝝ dom⁹ eoꝝ in eternũ. Septimo ꝑ illud. ij Reg̃. xmj. Omnes morimur et tanq̃ aq̃ dilabimur sup terrã que vltra nõ reuertet. Ex his argueret aliq̃s post mortẽ ad corpus aĩas non reuerti. Sz tene vt ꝓ⁹ dictũ est. Sz ad ꝓmũ rñde q̃ sic intelligitur. dixit eñ dauid. Remitte mihi scz pctã mea. vt adulteriũ bersabee et homicidium vrie. vt refrigerer ꝑ tuã cõsolationez. ꝑ us q̃ abeam. s. de pñti vita ꝑ mortẽ. Et amplius nõ ero in statu merẽdi. Et ꝓpter hoc nũc est tẽpus remittẽdi. q̃ post mortem nõ erit remissio pcti. vel sic si non remittis. ibo de hac vita. Et amplius non ero in vero esse. qõ est esse cũ deo Ad scõm aũt et ad tertiũ et ad q̃rtũ dic q̃ Job et dauid loquũtur de reuersione ad vitaz ist̃am mortalẽ vel pñtem. Sicut loq̃tur Sap̃. xvj. hõ per malicĩã occidit aĩam suã. et cũ exierit spũs non reuertet nec reuocabit aĩam suã que recepta est. Ad q̃ntũ scz vnus est interit⁹ dic. q̃ scõz Greg̃. loq̃tur ex mẽte infirmãtiũ. vel loq̃t more concionatoris. nũc in ꝑsona sapientis. nũc in ꝑsona sapientis. vel q̃tum ad apparentiã exteri orẽ. Ad sextũ scz sepulcra eoꝝ dom⁹ illoꝝ i eternũ. rñde q̃ loq̃tur de eterno hui⁹ scli. vel loq̃tur ꝛm opinionẽ illoꝝ falsã. q̃ dicũt cũ corpe pire aĩam. Ad vltimũ dic q̃ loq̃tur sikitudiarie Sic aq̃ fluũt in terrã et reuertũtur ad mare et iterꝝ flauũt. Sic corpa redeũt in terrã vñ sunt. z resoluũtur. vt iterũ virtute diuina resurgant. Secũdo seq̃ debem⁹ vestigia xp̃i in caritat cõsumatione. q̃ xp̃s passus est ꝑ nobis mortẽ. in quo oñdit erga nos maximã caritatẽ suã. iuxt illud Joh̃. xv. maiorẽ hac caritatẽ nẽo hẽt quã. de hac dilectiõe dic apl̃s ij. Thessa. ij. xp̃s dilexit nos z dedit ꝓsolatiõez eẽnã vicz ꝑ mortẽ suam.

Dnica prima post pasca.

Et nota caritas quã xps habuit in sua passione fuit q̃druplex. vt hẽtur ex hac epla. Primo fuit liberalis. qz liberaliter et volũtarie se obtulit Et hoc tangit ibi. Tradebar aũt. s. liberaliter iudicãti se iniuste. Secundo fuit psonalis. quia non per aliuz sed per semetipm. et in sua psona p nobis pati dignatus est. Nam dicit Tho. de argen. in cõpen. theo. ve. c. de pas. Caritas dei vidit. q nec p amicos. nec p p̃cium poteramus nos redimere. ppterea fratrẽ nr̃m se fecit. nostram assumẽdo carnẽ. et p̃cium dedit sanguinẽ suum fundendo p nobis. Quia hoc pecierat dauid. Redime me dñe et miserere mei. ps̃. xxmj. q. d. ñ hẽo amicos qz vnic⁹ z paup sũ. s. nõ hñs p̃cium. Et quo ad hoc dicit hic Petrus. Pctã id est penas pctõz ipe portauit. Tertio fuit exemplaris et magistralis. qz sicut ipse pro nobis corpaliter mortuus est. sic nos mori debemus peccatis viuere aũt deo. ido dicit vt pctis mortui. iusticie viuam⁹. Quarto fuit fructuosa z virtualis. q̃tum ad hoc dicit Cuius liuore sanati sum⁹. Et est liuor vno mõ idẽ q summa caritas vt sic exponatur. Cui⁹ liuore. i. summa et sola dilectione accedẽte. nam amor valde intẽsus facit euacuationẽ spirituz. et sic relinq̃tur calor pallidus vel liuidus. Alio mõ liuor idem est q inuidia. vt cui⁹ liuore. i. inuidia habita iudeoz sanati sumus a morbo pctõz. Et hoc factũ est occasionaliter. qz ppter inuidiã iudeoz tradit⁹ est xps ad mortẽ p quã sanati sumus. Tertio liuor idem est qd dolor vel vulnus aut nigredo. que manet in carne ex pcussione. Et qz xps tm̃ nos dilexit. exemplũ imitãde caritatis nob dedit. ideo dicit Bern̄. disce xpiane quõ dẽs xpm diligere qui dedit nobis carnẽ suam in cibũ. sanguinem in potũ. animã in p̃cium. aquã latꝰ in lauacrũ. vestem crucifixorib⁹: corpus discipl'is matrem Johãni. Et non solũ dedit nobis exẽplum diligẽdi se solũ. sed etiã. p̃imum. qz plenitudo legis est dilectio. ad Ro. xnj. Sed q̃lis debet esse dilectio. ostẽdit Joh̄. j. Joh̄. nj. Filioli mei non diligam⁹ v̄bo neqz lingua. sed opere et veritate. Et de hac loq̃tur b. Aug⁹. de doctna xpiana. Sola inq̃t caritas est que vincit oĩa z sine qua nil sunt oĩa. Et sb̃dit. Amate scientiaz et anteponite caritatẽ. sciẽtia si sola sit inflat. sz sola caritas que edificat sciaz non pmittit iflari. Tertio debem⁹ sequi vestigia xp̃i. iniq̃tatis expurgatione. xps em̃ in sua passione curauit nos. Primo p dietam q̃n ieiunauit xl. diebus z xl. noctibus. Math̄. mj. Secũdo p sudorẽ. q̃n factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Lu. xxij. Tertio p minutionem. q̃n clauis et lancea pforatus est. Joh̄. xix Quarto p potationẽ. q̃n gustauit acetũ felle mixtum. Math̄. xxvij. Quinto p emplastruz. q̃n facies eius sputo est linita. Math̄. xxvj. Sexto p electuariũ. q̃n corpus z sanguinẽ suũ in cena discipulis suis dedit et has medicinas xps accepit ppter nr̃am infirmitatẽ. vt dicit Tho. de argen̄. in cõpen. li. mj. c. de pas. in fine. Sed moraliter. Per hoc exemplũ nobis expurgãde iniq̃tatis dedit. Nam sicut ipse ieiunauit q̃ tm̃ pctm̃ nõ fecit. j. Pe. ij. Sic et nos q̃ multũ peccamus ieiunare debem⁹. vt pcta p ieiunium expurgem⁹. Quia dicit Aug⁹. ieiuniũ purgat. mẽtem subleuat. carnẽ spũi sbicit. cor facit cõtritũ et humiliatũ. cõcupiscẽtie nebulas dispgit. libidinem ardoris extinguit. castitatis vero lumen accendit. hec ille. Et ideo penitẽtibus imponãtur ieunia. vt his mẽtibus expurgẽt pctã. Itẽ sic xps sudorẽ emisit. sic z nos docuit sudorẽ venialiũ pctõz p cõfessionem expurgare. quia alias ducũt hoiem ad pcula. Quia legit̃ figura naũ ij. q ppheta aspexit. et ecce porte fluuioz aperte sunt. et templũ ad solem disruptũ. et mi les captiuus abduct⁹ est. Moraliter porte fluuioz sunt sensus corpis. q̃ licz iterdũ guttati recipiãt culpas tm̃ sepe iducũt p̃suetudinẽ peccandi. Per templũ aũt intellige aiam quã itrãtes huiõi pctã venalia diruũt ppter ipoz multitudinẽ. hec et captiuũ ducũt militẽ. i. liberum arbitriũ. et dant illõ in man⁹ diaboli. Item q xps sanguinez de manib⁹ et pedib⁹ z̃ minuit. nob exemplũ expurgãdi a mortalib⁹ culpis tribuit. Quid em̃ p sanguinẽ nisi pctm̃ itelligeꝫ. sicut dicit Grecista. Sanguis pctm̃. sanguis quo qz ör humor. de q̃bus petijt liberari dauid ps̃ l. Libera me de sanguinib⁹ de⁹ deus salutis mee Et hũc sanguinẽ minuere debem⁹ de pedib⁹ et manib⁹. Per man⁹ intellige diaboli tẽptatiões q̃bus non debem⁹ cõsentire. Sed p pedes intellige carnales affect⁹ quos oportet a corde remouere. Item q xps accepit potionẽ nos instruxit vt potationes sacraz scripturaz siue p dicationũ q̃bus ania potatur accipiam⁹. vt sic peccata vitem⁹ et expurgem⁹. Quia dic̃ ps̃. cvj. Misit verbũ suũ et sanauit eos scz in ania Et licet iste potationes interdũ sunt amare cũ p̃dicatores videlicet dure increpant. pctõres tm̃ si se corrigant. in anima fiũt saniores. iuxta illud Prouerb̄. xix. Qui custodit mandatũ dei scilicet q̃ dicit p aplm̃. Argue increpa obsecra in omni patiẽtia custodit animã suam scz a trãsgressione culpe hic. et morte gehenne ibi. Qui aũt negligit vias suas et obseruationes mãdatorum q̃bus mãdatur cuilibet audire verbum dei. saltem die dñico. mortificabit̃ scilicet morte culpe et gehenne. Et itez Prouerb̄. xv. qui odit increpationes scz p̃dicatoz morietur scz

morte culpe hic et morte gehenne ibi. Item q̄ xp̄s accepit emplastrū .moraliter.nos instruxit vt opara misericordie faciamus.quia per emplastrum qđ linitur elemosinā subaudi median te qua peccata sunt expurganda.iuxta illud da nie.mj.Peccata tua elemosinis redime Et certe qui opera misericordie opatur . vestigia xp̄i imitatur . Nam ip̄e pluries opera misericordie exercuit.Naz esurientes pauit.Joh.vj.z Mat. xmj.Sicientes potauit.Joh.vij.Et maximam elemosimā fecit.quando corpus in cibum.z sanguinem in potum discipulis suis tribuit.Mat. xxvj.Captiuos redemit.quādo obsessos a demonib⁹ liberauit.Lu.xnj.Nudos vestiuit.iux illđ Isa.lxj.Jnduit me dñs vestimēto salutis . Item q̄ xp̄s accepit electuariū ad sanandā nostram spūalem infirmitatez in hoc nos moraliter instruxit.vt ad sananda peccata nostra dulce e lectuariū benigne remissionis sumamus remittendo iniuriam videlicet inimicis nostris.ideo xp̄s in sua passione iniuriā remisit.cum.p inimicis orauit.Lu.xxnj.Pater ignosce illis. Sic z nos suo exemplo non solum debemus .p̄ximis tempalia āministrare.verum etiā si in nos peccant debemus eis totaliter indulgere.Nō duz taxat remittendo rancorez. verum etiā omnia signa rancoris..Nam dimittere rancorē est necessitatis Et ad hoc tenetur quilibet siue aduersarius eum impugnet siue veniā petat. vel non petat.Quia dicit Crisp.Si ille te lesit et tu p̄us eum rogaueris.magnā mercedem habebis.Dimittere autem non solum rancorem . sed signa rancoris,p satisfactione exigenda.hoc est perfectionis.nec ad hoc tenetur nisi in casu.s.qñ ille humiliter petit veniam.vt potest,pbari ex dicto leonis pape de pe.di.v.c.vl.Quarto sequi vestigia xp̄i debemus in aduersitatis tollera tione. quia dicit hic.xp̄s passus est,p nobis.ac si diceret.omnis xp̄i actio nostra est instructio Sed xp̄s passus est,p nobis.s.iniuste et sine cā ideo et nos debemus iniuste pati tribulationes p amore eius.Nam nos reliquit exemplum tribulationis p̄tumeliarū flagellor̄ crucis z mortis,vt ista omnia sustineam⁹ patienter exēplo xp̄i.vt dicit glo.Pro quo notandū archidiacon⁹ guido in rosario super decretū ait.Qđ aduersitas tribulationū,ppter multa est patiēter tollerāda.Primo quia viuificat animā.iux illđ p̄s.cxxxvij.Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me.Et,ppter hoc dicit deuot⁹ doc.Amand⁹ in ho.sa.li.j.c.xnj. O q̄ inuneri somno peccatoris,pfundissimo abdormierūt.z morte spūali peunt quos infelix obsorbuerat iniquitas.qui adueniente gratia diuine correctōnis velut de somno graui ac mortis imperio excitati.vitam in melius cōmutauerunt.et opera tenebrarum abiscientes arma lucis sunt induti Secundo eundi ad deum dilatat viam. Ps illđ p̄s.mj. Jn tribulatione dilatasti mihi.s.viaz ad patriam.et hoc ideo,quia tollit impedimēta.s. seculi dilectionē et amorē.Hinc est quare poti⁹ boni et virtuosi aduersa patiuntur . q̄ mali.vt videlicet bonis p aduersa via ad celum ēūdi dilatetur et corona p̄paretur.Quia dicit beat⁹ Amb.li.suo de offi.Non potest p̄mium accipe nisi quo legittime certauerit.nec est gl'osa victoria nisi fuerint laboriosa certamia.Et sb'dit forte dicit aliquis.Cur impij letantur.cur ip̄i etiam non mecū laborant.Et respondit. Qñ qui non scribuntur ad coronam mercedis.non tenentur ad certamen laboris.Exquo elicitur.q̄ illorum vita est valde piculosa qui semp letanē in hoc mūdo .z nunq̄ aliqđ aduersi patiuntur quia illis vie eunde ad patriam claudūtur . Jō non debent boni turbari cum tribulātur . sed potius gaudere et petere a domino auxiliū. p̄s lix.Da nobis domine auxilium de tribulatione. Tertio aduersitas siue tribulatio. probat personam.iuxta illud Sap̄.nj.Sicut aurū i fornace,pbauit eos domin⁹.z quasi holocausti hostiam accepit illos.Et quia ostendit sap̄. vt dic̄ Holkot.lectione xxxij.qualiter per tribulationum tollerantiā a domino acceptātur. et circa hoc duo fiūt.quia p̄mo ostēditur q̄ pena iustorum est vehemens argumētum diuine acceptionis et dilectionis.Secūdo q̄ eis correspondet euidens emolimētum remuneratiōis cum additur.et in tempore erit respectus illoruz.Et est tale exemplum.Quando aurum frequenter liq̄ fit.et per ignem transit tanto puri⁹ efficitur.carius et acceptabilius. Sed tribulatio vite p̄ntis est.sicut fornax vel caminus in quo homines depurātur.Ecc.ij.Jn igne,pbatur aurum z argentum.homines vo receptibiles in camio humiliationis.Et iusti q̄to magis p xp̄o tribulātur.tanto magis sunt p̄cioli z acceptabiles.Et hoc est qđ dicit dñs Isa.lmj.Ad punctū in modico dereliqui te.et in misericordia magna cōgregabo te.in momēto abscondi faciem parūper. et in misericordia sempit̄na misertus sum tui.Jdeo etiā dixit sapiens vbi supra.in tempe erit respectus illoz.quasi diceret.in p̄ncto modico.et quasi in instanti patiūtur.Sed in tempore,plixo et longo.s.eternitate erit respect⁹ illius.i.p̄miatio.Quarto aduersitas purgat culpam. Isa.mj.abluit dñs sordes filiorum sion.z non solum culpam purgat.sed etiam ab ea p̄seruat.qđ pbat Amandus vbi s̄.dicens.O quāti sunt qui grauissima p̄misissent peccata qui multa crimina incurrissent.si non pia quadā dispē-

satione diuina. tribulationibus preseruati fuis-
sent. Sed diceret aliquis quare deus pmittit e
lectos suos temptari aduersitatib⁹ in pñti vita
rñdetur q̄ preter rōnem beati Ambrosij superi
us posito. adhuc sunt tres alie rōnes. Primo
ad exercendum nostre nature ꝓbitatem. q̄ ha-
bemus vsum liberi arbitrij per gratiam informati si velimus. veluti Si rex dedisset arma et
equum nobilissimum alicui militi. et ille probe
et viriliter ꝓ regis honore et labore in bello se
exponeret. rex eum ñ imerito acceptaret. Chri
stus dedit nobis arma liberi arbitrij. cuz equo
corporis nostri. et sunt quasi similia armis dei.
quia ad silitudinem et imaginem dei fecit homi
nem. Heñ. j. Ideo dicit aplus ad Ephe. v. In-
duite vos armatura dei vt possitis resistere ad
uersus insidias diaboli. ideo nisi nos ꝓ amore
et honore regis nostri viriliter exponamus.
nosmetipsos decipimus et damnamus. Nā ōr
Job vij. milicia. i. temptatio est vita homis sup
terram. Secūdo pmittit deus electos suos ad
uersitatibus tēptari ad retinendū nostre censu
re vanitatem. nisi eñ temptaremur nimis pro-
pter defectum cognitionis nostre et experiētie
de nobismetipsis supbiremus. Sicut de hoc di
cit Greg. ix. mora. c. xxxvnj. Superna dispen-
satio idcirco nos tota sibi intentione seruiētes
carnis nostre pmittit temptationibus ꝛconcuti
ne mens nostra in supbiam audeat p̄sumptione
sue eleuari securitatis vnde dum pulsata trepi-
dat in solo autoris adiutorio pedem robustius
spei figat. Et xix. mora. c. nj. dicit. ad yma caro
trahit. ne extollat se spūs. et ad summa trahit
spūs. ne ꝓsternat caro. spūs leuat ne iaceam⁹
in infimis. caro aggrauat ne extollamur ex sū-
mis. Et sic ꝑm Greg. fit quodam certo mode-
ramine. vt carne depmente sed non ꝓsternente
homo desperationis lapsum caueat. et spū ele-
uante. Et tamen temptationes et aduersitates
sentiente. superbie casum euadat. et sic dum spi
ritus trahit. et caro retrahit. sbtilissimo interī
iudicij moderamine infra summa et supra infi-
ma. in quodam medio anima laborat. Et iō pe-
tit Ps̄. xxv. Proba me domine et tempta me.
Elo. proba me. id est iudica me esse ꝓbatuz. nō
tibi. quia omnia nosti. sed mihi. et hominibus.
ni eñ temptarer aduersitatibus. negligens es-
sem. Tertio ad ꝓmerendam future vite felici-
tatem. Juxta illud Jaco. j. Beatus vir q̄ suffert
temptationem. quia cum ꝓbatus fuerit accipi-
et coronam vite. Et certe ꝓpter hanc felicitatē
futuram. debet homo omnia pati. q̄ dic̄ Amā-
dus li. j. c. xnj. Tanta est p̄eminentia future gl'e
ad tpales et transitorias tribulationes. vt dili
gens ꝓspector deberet potius eligere m'tis an
nis in fornace ignis ardentis velle torqueri. q̄
minimo p̄mio sibi in futuro reseruato velle ꝑua
ri. q̄ labor cum fine. merces sine fine.

De eadem dominica. Sermo secundus.

Ego suz pastor
bonus. bonus pastor animā suam po
nit ꝓ ouibus suis. Joh. x. Petrus in li. de aui-
bus dicit. q̄ pellicanus nimium diligit pullos
suos. quod patet ex illo. nam absente pellicano
q̄dam serpens intoxicat pullos suos. Cū autē
redierit. et eos mortuos inuenerit. se in pecto-
re vulnerando pcutit. et sanguinem sup pullos
spargit. et sic reuiuiscunt. Spūaliter hec auis si
gnificat xp̄m. qui in p̄ncipio formauit duos pul
los videlicet adam et euā. et dedit eis posse nō
mori. Sicut de hoc dicit Aug⁹. sup Gen. li. nj. c
xxv. et etiam li. ix. et. c. ix. sup illo verbo. Ecce
dedi vobis omnē herbā mouēs q̄stionez dicēs
sic. Queritur quō imortalis factus sit homo p̄
alijs aīmantibus. Et sb̄dit. Sed alia est imorta
litas carnis quā in adam accepimus. alia quaz
in resurrectione speramus. Per xp̄m ille factus
est hō imortalis. vt non posset mori. si non pec
caret. moreretur aūt si peccaret. Filij aūt resur
rectionis nec poterunt vltra peccare. nec mori
Caro nr̄a tunc non egebit refectione cibo ꝓ. q̄
nulla poterat esse defectio. Caro ade añ pctm̄
ita imortalis creata erat. vt p alimoniā adiuta
esset mortis ꝛ doloris expers. hec Aug⁹. videl
aūt dolosus serpēs diabolus. eos formatos nō
posse mori. eos intoxicauit. q̄ pomū ad edēdū
eis obtulit. Gen. nj. Cur p̄cepit vobis tē? ꝛ sic
facti sunt mortales. et q̄uis viuebant ꝑm corp⁹
tū quo ad aīmā mortui erant. Ueniens autem
xp̄s in sua incarnatione. pectus suū apire pmi-
sit. et animā suaz dilectā ꝓ nobis posuit vt nos ꝓ
viuificaret. q̄ in adam mortui eramus. Qō aūt
animā suam xp̄s ꝓ nobis posuit vel obtulit. fi-
guratum est Judic̄. xj. de iepte. qui p̄nceps a fi
lijs israel electus volens pugnare cōtra amon
vouit deo offerre q̄cquid ei primo occurreret.
cum de bello victor rediret. quo facto occurrit
ei filia vnigenita. quā dño vt vouerat imolauit
Et dicūt doc. catholi. q̄ eam corpaliter occidis
set. sed sumētes coꝛ motiuū ex hoc qō seq̄tur i
textu. Reuersa est ad patrē suum. et fecit vt vo
uerat. s. eam inofficiēdo. et dño in holocaustū of
ferēdo Et ad hoc sonat Hiero. q̄ fuit idiscret⁹
in vouēdo. et impius adimplēdo. Idē tenet au
gus. q̄ eam crudeliter et indiscrete occidisset.
Sed tñ postea penituit. q̄ in chatologo sctō ꝓ
ānumeratus est. Ad Heb. xj. Sz hebrei dicunt

q̄ eam non īmolauit occidendo. Sed votū fuit īmutatuz seu relaxatum p ipm phinees Et hoc declarat Nicolaus de lyr. sup Judic. xj. Per lōgum passum. Et inter cetera dicit. q cōueniēt potest dici. q filia iepte fuerit dño ꝓsecrata. vel sanctificata p obseruātiam virginitatis. viuendo in orōnibus. et ieiunijs. ac pijs opibus. et sic sacrificata fuit. non per corpalem mortem. sed potius per ciuilem seu spūalem. eo mō quo dicunt religiosi mundo mortui. inq̄ntuz sunt a mūdanis actibus segregati. et diuinis officijs totaliter mancipati. et hec opinio hebreoz̄ doctorum est mitioz. q̄uis catholicoz̄ sit verioz. Spūaliter. iepte interp̄tatur aperiens. et significat dñm nostrum ihm xpm. qui per suaz passionem aperuit nobis ianuam celestis regni. que clausa fuit per multos annos. sicut canit in bona sexta feria. Aperta ē nobis ianua regni. Sz amon interp̄etatur pplus iniquus aut vilis z significat diabolū cum suis filijs. iniquis iudeis. contra quos pugnans in sua passione. obtulit dilectam filiam suā. i. animā suam in sacrificium deo patri. p nobis in signuz maxime dilectionis et bonitatis vt cōgrue dicat verbum hoc euangelij. Ego sum pastor bonus. in quo specialiter tria tangūtur. Primo pastoz̄ bōitas ibi Ego sum pa. bonus. tc̄. secūdo mercenariorū cupiditas ibi. mercenari⁹ aūt. z cuius nō. Tertio ouium diuersitas ibi. cognosco oues meas. Quantū ad ꝑmum ponitur pastoz̄ bonitas cū dicit xps. ego sum pastor bon⁹. Pro quo ē notandum bonitas pastoris xpi claret ex multis Primo ex rerum creatione. Nam ex sua infinita bonitate oīa ad vtilitatē homini creauit. s. celum ad possidendū. angelos ad seruiendum sicue custodiendū. stellas ad illuminandū. ignem ad calefaciendum. aquā ad refrigerādum. aerē ad respirandum. terraz ad portandū. bestiasq̄ ad nutriendum. Ideo dicit Dāmas. li. ij. c. ij. q bonus. et super bonus est deus. nō est ꝓtentus suiipius ꝓtemplatione. Sed ex supabundantia pietatis et bonitatis acceptauit q̄dam genera quibus bñfaceret. et ꝑticiparet suā bonitatē ex non ente eū cōduxit z ꝓdidit vniuersa. Sz d. a q̄re deus ex sua infinita bonitate creauit oīa Quia dicit Aug̃. li. ij. de trinitate. c. xxj. Tria q̄dam scienda sunt maxime de creatura. q̄s eaz fecerit. per quid eam fecerit. et qualiter eam fecerit. Et hoc inq̄t insinuat scriptura. cum dic̄. fiat lux et facta est lux. et vidit de⁹ q esset bona. Et sb̄dit Si q̄ramus q̄s fecit. deus. si per quid dixit fiat. z facta est lux. Sz qualiter fecerat. q bona est. Ad hoc rñdendū est q de⁹ oīa creauit ex sua bonitate. ꝓpter q̄nq̄. Primo vt nos per ea moueret ad suum amorē. Nam pater diues habens filiuz. disponit sibi pulcraz domū terras z agros. z sic de alijs. vt quotiēs illa inspexerit. et vsus fuerit in sua dilectione permaneat. Sic pater noster xp̄us. qui est diues in omnes. in cuius domo sunt glorie et diuitie ℔ pś. cxj. habet populum vnicum xp̄ianum. cui disposuit domū pulcram scz celum. p sua habitatione. et terram. p necessarioz̄ inquisitione. z sic de alijs. vt ipsum ad suum amorez̄ incitaret ideo dicit beatus Aug⁹. x. cōfessionū. c. vj. Celum et terra et omnia que in eis sunt. ecce mihi vndiq̄ dicunt vt te amem. non cessant dicere omnibus vt sint inexcusabiles. et infra. c. vij. Quid autem amo cum te amo. non speciez corporis. nec decus in creaturis. non candorez lucis. nec dulces melodias cantilenaz̄. non florum vel vngentoz̄ aromata suaue olentia. nō manna vel mella. non membra acceptibilia carnis amplexibus. non hec amo cum te amo deū meum. Et tamen amo quandam lucem. quandā vocem. quendam odorem. et quendā cibum. et quendam amplexum. et cum amo deū meum lucem. odorem. vocem. amplexuz. cibum interioris hominis mei. vbi fulget animo meo qō non capit locus. et vbi sonat qō non capit tempus. Et vbi olet qō non spargit flatum. Et vbi sapit qō nō minuit edacitas. et vbi heret qō non diuellit satietas. et hoc est qō amo deum meum. hec Aug⁹. Et merito debet homo xp̄m dñm diligere. exquo. ꝓpter ipm omnia dignatus est facere. iuxta illud Sap̄. xj. Diligis omnia q̄ sunt z nihil odisti eoz̄ que fecisti. nec cum odies aliquid constituisti aut fecisti. Secundo iō ea creauit vt hominem moueat ad impendēdum sibi honorem. Omnis eī creatura. p sue nature potentia. nititur deum honorare. nec est aliq̄ res que suis legibus nititur obuiare. Nam Ansel. in li. cur deus homo. c. xij. dicit. Omnis voluntas rōnalis creature subiecta debet esse volūtati dei. et hoc est debituz qō debet angelus z hō deo. qō soluendo nullus peccat. Et q omnis q̄ nō soluit peccat. hoc est iustitia siue rectitudo voluntatis. que iustos facit siue rectos corde. et voluntate. Hic est solus honor et totus quez debemus deo z a nobis exiget deus. hec ille. iō tres pueri in fornace omnes creaturas ad honorandum deum induxerunt. cum dixerūt Danie. iij. Benedicite omnia opera dñi domino. vt in omnibus honorificetur. j. Pe. iiij. Tertia vt nos moueret ad stuporem. Nō enim est tam parua creatura in mundo cuius naturam comprehendere ītellectus humanus. Sed magis stupere z mirari Quia dicit Hier. v. Stupor et mirabilia facta sunt in terra. Et Ecc̄. xj. Mirabilia opera altis

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

simi solius z gloriosa z abscondita et inuisa o-
pera illius. Quarto vt nos moueat ad timorẽ.
dicit eñ Hugo ō archa noe. Qō omnis creatꝰ
triplici voce hominem alloquitur. In hoc iñt
genere contemplationis audiuimus omnem
creaturam tribus vocibꝰ nob loquentem. Pri
ma vox dicit. accipe. secunda redde. tertia fu-
ge. Accipe beneficium. redde debitū. fuge sup
plicium. Prima vox est famulantis. est celum
qō dicit. ego ministro tibi lucem in die. vt vigi-
les. tenebras in nocte vt pauses. Ego ad oble-
ctationem tuam gratas vicissitudines tempo-
rum pario. veris z estatis feruorem. autumni pleni
tudinem. z algorẽ hyemis. Ego alternantis in
crementis. dierum z noctium spacia. simili ra-
tione dissimiliter extendo. et vt varietas tollat
fastigiuz z non periat oblectamentum Aer dic
vtilem tibi prebeo flatum. z omne genus auiuz
ad tuum mitto obsequium. Aqua dicit. potum
tibi prebeo. sordes purgo. arẽtia rigo. z diuer-
sa genera piscium ad tuum vsum ministro. Ter
ra dicit. ego te porto. pane conforto. vino letifi
co. omnis generis fructibus oblecto. diuersis
animalibus mensas tuas repleo. Secunda vox
admonentis. est mundus qui dicit. vide homo
qualiter amauit te. qui ꝓpter te fecit me. seruio
tibi. quia factus sum ꝓpter te. z vt seruias illi.
qui me fecit z te. me propter te. non propter se.
Si sentis beneficium redde debitum. accipis
bonitatem. redde caritatem. hoc tribuit. z hoc
exigit deus. Tertia vox cōminantis est ignis
qui dicit a me comboreris. aqua dicit a me sub
mergeris Terra dicit a me obsorberis. infernꝰ
dicit a me glucieris. Quia omnis creatura sic
ex conditione sua homini famulatur. Sic etiaz
peccatoribus pro malorum suorum conscien-
tia cōminatur vt in singulis creaturis se puni-
ri timeant. q se meruisse cognoscant. hec hugo
Quinto ideo deus sua bonitate vniuersa crea-
uit. vt hominem moueret ad laborem. Omnis
enim natura creaturarum habet aliquam vti-
lem operationem Unde cōmentator. ix. metha
phisi. cōmento. viij. Qui suffert proprias ope-
rationes. a rebus aufert eorum essentias. Ho-
mo autem ad laborem nascitur. Job. v. Et iō
cauendum est sibi. ne ocios aut inutilis habe
atur. Et ideo rogandus est deꝰ. vt nob coope-
rari dignet. quia ipse est de quo scribitur Isa.
xxvj. Omnia opera nostra operatus es in no-
bis domine. Secundo apparet dei bonitas ex
rerum dispositione aut gubernatōne. de qua di
citur Sap. viij. Attingit a fine vsq ad finē for-
titer. et disponit omnia suauiter. Et ideo vene
rabilis Boe. in de cōso. li. iij. prosa xij. probat
q omnes res a deo. quasi voluntarie regan-
tur. se seqz ad disponentis nutum et imperium
conuenienter et tempate conuertunt. Et idem
in eodez li. prosa ix. dicit. O qui ppetuo mūdū
rone gubernas. terrarumqz sator. Qui tempus
ab euo ire iubes. Stabilisqz manens. dans cū-
cta moueri. Sed diceres. videtur q deus glo-
riosus non gubernet vniuersa. quia si regeret
vniuersa. nihil male fieret in vniuerso. cum sit
summe bonus. vel si gubernaret omnia nihil fi
eret preter propositum suum. et sic nihil fieret
a casu. cōtra aris. ij. phisi. Ad hoc dicūt docto
res. et Holkot. lectione ciiij. Qō deus omnia
gubernet. cum enim sit causa efficiens omnium
et etiam finis. omnia efficit. ppter se. et sic ad
honorem suum sicut congruit omnia in se diri-
git. sicut in finē hoc aūt est gubernare scz diri
gere res in finem aliquem intentum. Est tamē
sic gubnator omnium q gubernat mediantib
causis secūdis. vnde corpora grossiora aut cor
ruptibilia gubernat. per corpora celestia et in-
corruptibilia. Et corpora celestia per angelos
siue intelligentias. Et huius ratio est. quia ma
ior est cōmunicatio bonitatis. si gubernans et
efficiens causalitatem efficiendi et gubernandi
alijs sub se gubernare cōmunicat siue ordinat
q̄ si superiora priuaret ab inferiorum guber-
natione. et omnia imediate per seipsum guber-
naret. Et ideo ostendendo suam perfectionem
in causando et communicando. perfectionem
suam creature cōmunicat quibusdam guberna
tionem aliorum. Ad ratiōes quando arguitur
q nihil fieret male in vniuerso. si ipse oīa gu-
bernaret. neganda est cōsequentia Sz verū est
si ipse solus et imediate singula gubernaret et
ageret nihil male fieret. Modo idem effect fit
a deo sicut a causa ꝑncipali. et a creatura ratio
nali cōcurrente. sicut ab alia causa partiali. iō
idem effectus fit ab homine male. z a deo bene
iuste a deo. et iniuste ab homine. Et potest poni
inde exemplū. vt si domin dicat seruo suo tra-
hamus leuiter cordam istam. sic q eam nō frā-
gamus. et seruus trahens eam ruditer frangit
eam. ista fractio est a domino et a seruo. Et ta-
men seruus peccat. et male facit. et non domi-
nus. Sic quia deus statuit. q creature rōnali.
vult cooperari in suis opatōibus vt cursus na
ture maneat. quem instituit sine quo nulla res
potest aliquid agere. imo nec esse ꝑ motum. nisi
ipse conseruaret. Quonā igitur creatura ratio
nalis facit contra legem dei sibi ꝑfinitam a dō.
q̄uis a deo gubernetur et conseruetur. et deus
idem generaliter cooperetur. sicut cooperatur
igni in conburendo. soli in lucendo tñ creatura
male facit legem transgrediendo. non aūt deus
qui sit facit sicut lex sua statuit. Ad secundū qñ

arguitur. q̄ nihil fieret a casu si deus omia gubernaret. dicendū est. q̄ idem effectus ōr esse a casu et ꝓeter ꝓpositum respectu vnius cause. ꝛ non a casu respectu alterius. Sicut ponitur exemplum de dño. qui mittit duos famulos in negocijs suis ordinās q̄ vterq; obuiat alteri certo loco et tempore. quorum neuter scit de alio. iste concursus famulorū ōr esse a casu respectu vtriusq; famuli. ꝛ tamen per se est intent⁹ respectu dñi. Et sic est dicenduꝫ. q̄ nihil fit a casu in vniuerso respectu diuine gubernationis. nec aliquid sibi inopinatū euenire potest. Sed ex cōcursu causarū ꝑticularium vnde ꝓcedit effect⁹. quia a neutra est intentus. et ille effectus ōr casualis vel fortuitus respectu eorum. et hec est intentio b. Augus. de lxxxiij. questionib⁹. q. xxxiiij. vbi dicit. Quicquid a casu fit temere fit. et quicq̄d temere fit. non fit ꝓuidentia vniuersus mundus administratur. et erit aliqua natura vel substantia que ad opus ꝓuidentie non ptineret. qō quia falsum est. cōcludit nihil casu fit in mundo. Ad istum intellectum loq̄tur plo. in thymeo. nihil fit sb ortu sol' cui⁹ legittima cā ꝛ ratio non p̄cedit. Et Boe. v. de conso. psa. j. diffinit casum dicens. Casus est inopinat⁹. ex cōfluentibus causis. in his que ad aliquid gerūtur euentus. Sed hic videtur esse cōtrarietas inter Boe. et Augus. quia ꝑm augus. nihil ī mūdo fit a casu. et ꝑm boe. multa fiunt a casu. Ad hoc dicendum est. q̄ non est cōtradictio. Sꝫ equiuocatio. Antiq̄ eñ epicuri dixerunt casum esse euentum ꝓductuꝫ in motu temerario. et nō ī coniunctiōe causarū. Et sic Aug⁹ accipit casū loco ꝓallegato. Et boe. sic accipiendo casuꝫ dicit. q̄ casus non est nisi vox inanis. nullaꝫ hñs rem sue significationis subiectam. Diffiniendo tñ casum aris. ij. phisi. dicit. q̄ casus est causa p accidens in his que fiunt ꝓpter finem. Uel ꝑm diffinitionē Boecij sic est dicendū. qō idez fit a casu. et tñ fit per se a causis. sic per se causa inuentiōis thesauri est fossio agri et repositio thesauri in eodem. Sed qz istum effectum nō intendebat fodiens. respectu eius ōr a casu. hāc materiam de casu et gubernatione hic inseruī ꝛratis ad legendū. potius q̄ vulgarib⁹ ad p̄dicandum. qz non respicit salutem eorundē. Tertō liquet bonitas xp̄i in diuīna expectatione peccatorum. de qua sufficienter dixi s. dñica iij. in aduentu sermōe. j. D. S. ꝛ dñica iiij. eiusdē J. T. Uideo hic ponere ꝓtermitto. Quarto patet ip̄i⁹ bonitas in peccatorū miseratione. qz canitur in introitu hodierno. Misericordia dñi plena ē terra. Et ps̄. cxviij. et accipe miserationē ꝓ misericordia que in xp̄o surgit ex tribus. Primo ex naturali ꝓprietate. secūdo ex generali ptāte tertio ō expimentali necessitate. Sic eñ ꝓpriū est igni calescere. soli lucere vel illumiare. ita ꝓpriū est xp̄o misereri. ideo dicit Greg̃. ī collecta. Deus cuius ꝓpriū est misereri. Nam sicut nulla res potest ꝓdere suam ꝓpriam opatōnem totaliter. q̄diu manet. licet valeat impediri vel retardari ad tempus Ita nullo modo obliuiscetur misereri de⁹. nec continebit in ira suas misericordias. imo cum iratus fueris misericordie recordaberis. Habac. iij. de hac mixtura ire et misericordie. greg̃. super Ezech. ome. j. pulcre declarat. quō deus cum irascitur non oīno irascitur. Sed in effabili modo. cum culpas ꝓsequitur ip̄os ꝓtegit peccatores. Ad qō ꝓbandum adducit duas hystorias. vna ē de captiuitate. x. tribuum. quā deus licet ordinauerat ad correctionē populi. simulq; cum eis preuidit de ꝓphetis et sanctis. qui eos in illa captiuitate ꝓsolarētur. Nisi inq̄t Greg⁹. iratus esset. populum in captiuitate minime tradidisset. Et si omnino iratus esset. electos suos cum illo in captiuitatem nequaq̄ mitteret. Aliā hystoriam adducit de populo isr̄l. quomodo miserunt xij. exploratores. x. ex eis redeuntes populum ad murmurandū cōtra deum ꝓuocauerunt. intīn vt dicerent se seductos. dñs ḡ irat⁹ dixit. q̄ nullus eorū terram ꝓmissionis intrarꝫ Quo audito cōpuncti statim se lacrimis affixerunt. et armis accincti parauerunt se cōtra populum pugnare. vt post lacrimas terrā ꝓmissionis acq̄rerent. q̄bus dominus per moysen dixit. Nolite ascendere. neq; pugnare. non enim sum vobiscum. ne cadatis coram inimicis vr̄is Quare dicit Gregorius. pensandum est. si cuꝫ ip̄is non erat. cur eos ne ascenderēt ꝓhibebat Si aūt cum ip̄is erat q̄d est. q̄ ait. non sum vobiscū. Et rñdit Greg⁹. Mira inq̄t dispēsatione mie et discipline cū ip̄is erat ꝛ cū ip̄is nō erat. cuꝫ ipsis non erat. vt vincerent. Sed cum ip̄is erat. ne ab hostibus ꝑirent. O ineffabilia viscera pietatis culpas inseq̄tur. et peccātes ꝓtegit iratum se indicat. et tñ ab hostibus se defendit Sicut plerūq; puulo filio delinquenti mr̄ multipliciter irascitur. et rep̄hendit. increpat ꝛ verberat. Sꝫ si hunc in p̄cipicia ire ꝑspexerit ne in mortis piculum ruat manum tendit. ꝛ retinet. et que ita irata verberauerat. ac si non diligerꝫ Sic diligendo retinet. ac si irata non verberasset. hec greg⁹. Sed diceret aliquis. dicit Crisꝰ. xp̄s tardus est in puniendo. et velox in miserādo. Sicut ignis tarde descendit. quia hoc ē cōtra naturam eius. et velociter ascendit. ita xp̄s velocissime miseretur. et tarde cū magna expectatione punit. Et ip̄se etiam dicit Jsa. j. Heu consolaboꝛ super hostibus. et vindicaboꝛ ō in-

imicis meis.quasi diceret.cum doloze et displi
centia consolaboz me.Quis ergo compellit de
um punire.et non pstare misericozdiam. liberã
tem totaliter a pena.exquo est omnipotens.re
spõdet Crisᵗ.Tu inquit peccatoz.qui misericoz
diam non desideras. Sicut eñ desideranti mi
sericozdiam.si deneget.crudelis est.ita qui nõ
desideranti misericozdiã pstat.iniustus est.Et
si queris.quis est homo qui non desiderat mise
ricozdiam?respondit.Tu qui pmanes in petis
Desiderare nanq; misericozdiam dei.est cõuer
ti ad dominum. Ille g̃ desiderat misericozdiaz
qui timet iram eius.Qui eñ iraz non cauet nõ
2 desiderat misericozdiã.sed contemnit.Secun=
do xpõ conuenit misericozdia ex generali pote
state.Quãto eñ homo vel bestia generaliter in
potentia est maioz.tanto est ad clementiã,pmp
tioz Sic̃ patz de leone qui cũ sit fortissimũ aial.
est tamen in pstratos misericozdissimuz.homi
eñ vel animali sibi,pstrato naturaliter miserer̃
Juxta illud. Parcere,pstratis scit nobilis ira
leonis.Si etiam catulus mozdeat leonem. leo
se non vindicat de catulo.Si tamẽ catulᵘ moz
deat catulum statim remozdetur ab eo.et lace=
rant seinuicem ad mutuaz vltionẽ. Dñs noster
ihs xps est leo.de tribu iuda.Apoca.v.et est i
finitus in potentia.quia omnipotens.ideo om
niũ miseretur Sap̃.xj.Misereris omniuz quia
omnia potes.Et ideo in collecta dicit gregoriᵘ
Deus q̃ tuam oipotentiã pcendo maxime t mi
serando manifestas.Si eñ aliquis hominũ re
gem offendat.extra potentiam suam se trãsferre
re potest exulando.et in regnũ aliud transferẽ
do.vel si seipm contemnens mozi non timeat.
potestatem talis regis euacuat. Non eñ habet
potestatem nisi in cozpus qõ affligi non potest
anima separata. Sed isto modo non est de dei
potentia.quia ipius regnũ est vbiq;.in celo et i
terra et in inferno. Juxta illud pš.cxxxviij.Si
ascendero in celum tu illic es tc̃. Ideo eius do
minium non finitur in morte.quia potest cozpᵘ
et animam mittere in gehennã.q; ij.Machᵇ.vj
ỏr.Manum omnipotentis dei neq; viuus neq;
3 defunctus effugiaz.Certo conuenit misericoz
dia xpo exprimentali necessitate. Grauitatẽ eñ
morbi alicuius.medicus scire potest tripliciter
ṕmo p speculationem in libzo. secundo p exa=
miationem in signo.tertio p experientiã in coz
poze,ppzio. Ille autem medicus qui morbuz i=
firmi considerat speculatiue. bene ei ꝓbabiliᵗ
compatitur.Magis autem q̃ signa actualia et
circumstantias infirmitatis practicando exa=
minat.et maxime ille compatitur infirmo. qui
m ozbum consimilem in cozpoze suo portat.vt
dicit Holkot.lectõne.cxvij. xpus enim ante in
carnationẽ suã nr̃as infirmitates cognouit spe
culatiue i li.sa.eterne.et iõ fuit misericoz.iuxᵗ
pš.cij.Quomodo miseretur pater filiozuz. sic
misertus est deus timentibus se.qm̃ ipe cogno
uit figmentum nostrum.Post incarnationẽ in
sua quotidiana cõuersatione. quando factᵘ est
medicus practicando et sanando infirmos vbi
q;.tunc habuit maiozem compassionem t misе=
ricozdiam.Tandem quando temptatus est. si=
tiuit.esuriuit.occisus est.tunc didicit nosse in=
firmitates nostras per expientiam.t ideo tunc
maxime misericoz est inuentᵘ.Ideo dicere po
test culibet peccatozi pš.lxxxv.Misericozdia
tua magna est super me. Sed diceret aliquis.
quomodo deus est misericoz qui puulos non
baptizatos punit eternaliter peccato originali
videtur eñ q; in istos nullaz exercet misericoz
diam.Ad hoc dicunt doctoz q; deus ꝓ pec=
cato originali non solum potest infligere caren
tiam visionis diuine.Sz etiã posset oẽs anihila
re.si vellet.et ideo in hoc agit cũ eis misericoz
diam q; esse humanum habebunt t viuunt sine
pena sensus.Et ideo dicunt cum Hiere. Treñ.
iij.Misericozdia domini q; non sumus consum
7° pti.Quinto bonitas xpi pastoris relucet ex o= ꝙ
uium nutritione.ỏr enim pastoz a pascendo q;
pascit t nutrit oues quadzupliciter.primo scri
pture documẽtis.iuxta illud Ezechᵇ.xxxiij. in
pascuis vberrimis pascaz oues meas.vbi per
pascua vberrima intelligitur sacra scriptura.ỏ
his pascuis gl'atur xpianus.pš. xxij. Dominᵘ
regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi
me collocauit.Et iteruz.Parasti in conspectu
meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
Non enim est panis fortioz. q̃ sacre scripture
contra bella et persecutiones inimicozum.quo
coz ita solidetur et confortetur.Secũdo pascit
oues suas gr̃e incrementis.sicut figuratuz est
Exo.iij.vbi legitur q; Moyses pascebat oues
et minabat ad interioza deserti. vbi apparuit
dominus in rubo ardenti Moyses interptatur
attractans et significat xpm qui per suam man
suetudinem peccatozes ad se traxit t quotidie
trahit.iuxta illud Hiere.xxxj. in caritate ppe=
tua dilexi te.ideo attraxi te miserãs tui. Hic in
q̃ non solum attrahit.Sed etiam oues sua gr̃a
pascit Nam ad interioza deserti minat quando
exteriozem consolationez facit relinquere. quã
homines habent in mundanis et interiozẽ gra
tiam querere que fit in celestibus.Et tunc ap=
paret eis in rubo ardenti.s. in cozde feruenti.
Sicut factum fuit illis discipulis.qui dixerunt
Nonne coz nostrum ardens erat in nobis dum
loquereꝝ nobis in via.quasi diceret.vtiq;.Lu.
vl. Tertio pascit oues suas ecclesie sacramẽtis 3

et principaliter sacramento corpis ⁊ sanguinis sui preciosi. Sicut figuratū est. ij. Reg̃. xij. vbi legitur in pabula quā natan ꝓpheta ꝓposuit dauid. de diuite. qui multas oues habuit Sz pauper nisi habebat vnam ouem puulam quā emerat et nutrierat et que creuerat apud ipsum de pane illius comedens. et de calice eius bibens Sed hanc furatus est diues pauperi. Spūaliť autem per diuitem qui habuit multas oues intellige demonem. qui multos iudeos possidet ⁊ gentes. et qui heu etiam multos xp̄ianos respectu quorum diues nominatur. et rex super oēs filios superbie. Job xlj. Sed per pauperem intellige xp̄m qui dicit in ps̄. lxxxvij. Paup sum ego et in laboribus a iuuentute mea. hic habuit ouem paruulā per quā sb̄audi populum xp̄ianum fidelem. qui paruulus est respectu maloꝝ Quia stultoꝝ infinitus est numerus. Ecc̄. j. hūc quidem populum xp̄us emit suo preciosissimo sanguine. j. Choꝝ. vj. Empti em̄ estis p̄cio magno. glo. p̄cioso xp̄i sanguine. Et non solū emit sed nutrit et apud ip̄m crescit et augmentatur. et comedens de pane venerabilis sacrati corporis eius. et bibens de sanguine. Quia populus laicalis cum sumit corpus xp̄i viuū sumit ⁊ sanguinem. Exquo corpus viuum nunq̄ est sine sanguine. Ideo b. Bern̄. loquens de xp̄o dic̄ Bonus est iste pastor qui dat carnem suam in cibum. et sanguinem in potum. et animam in p̄cium. Et in cle. de reli. et vene. sanc. dicit Clemens quintus. Transiturus de hoc mundo ad patrem. saluator noster dominus ih̄s xp̄s cum tempus sue passionis instaret. sumpta cena in memoriā mortis sue. et passionis instituit summum et magnificum sui corporis et sanguinis sacramētū corpus in cibum et sanguinē suuz in potum tribuendo. Quarto pascit oues suas electas gl̄ie supplementis. q̄ consistunt in fruitione diuine faciei. De his pascuis dixit domin⁹ Joh̄. x. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur. et ingredietur et egredietur ⁊ pascua inueniet. ibi em̄ inueniunt lympidissimam visionem. ardentissimā dilectionem. iocundissimam fruitionem. Hec pascua exquirebat sponsa. Cant̄. j. Indica mihi quem diligit aīma mea vbi pascas. vbi cubas in meridie. s. feruentissimi amoris et caloris eterni. vbi sol non declinat. Hic est ille pastor q̄ pascit inter lilia. donec apparet dies. et inclinentur vmbre. Cant̄. ij. Sed cur nos non aspiramus ad illa eterna pascua. nisi quia nos hic temporalia impediūt pascua Sicut dicitur Numeri xxxij. de dimidia tribu manassen. qui propter pascua transiordanē mā serunt. et in terraz ꝓmissionis vbi meliora erāt pascua intrare noluerunt. licet alios fratres ad eam conduxerunt. Sic multi sunt qui propter pascua vite presentis retardantur. ne introeāt in terraz ꝓmissionis. ⁊ vbi meliora sunt pascua intrare nolunt. licet alijs auxilium prestent ad eam intrādi. de qua in ps̄. xxvj. Credo videre bona domini in terra viuentium. Sexto bonitas pastoris xp̄i liquet in ouium defensione. de qua sb̄ditur. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Et exponitur animam id ē vitam. Ipse enim ꝓpter defensionem ouiuz suarum vitam suam exposuit. Quia dicit Ambrosius in exame. li. v. c. vj. Lupus si p̄or hominē viderit. vocem eius eripit et despicit eum tāq̄ vocis ablate. Si autem non precipit homo vocem ipsi lupo. tunc de se ponit vestimentū suuz et trahat illud post se. quia tunc ille timens vestimento illaqueari fugit. Moraliter. per lupū intellige diabolum. qui multis ante tempa xp̄i incarnationis vocem sb̄traxit. et ad lymbuz secum duxit. Recte sicut lupus cum priuat hominem voce audacter inuadit eum. ⁊ secum adducit. sic fecit diabolus. Sed xp̄s verus hō ex sb̄stantia matris in seculo natus. deposuit vestimentum. videlicet quando corpore in sepulcro posito. et animam quasi vestimētum post se traxit diuinitas ad lymbum ad demones debellandum. Quod videntes demones victi fugerunt et sic defendit oues suas a lupo infernali. eas secuz ad ouile celeste deducendo. hic conclude sermonem si videbitur tibi expedire. Moraliť vero per pastorem intelligitur quilibet p̄latus et hic qui vult secure et confidenter dicere hoc verbum xp̄i. Ego sum pastor bonus. debet habere sex proprietates boni pastoris. Primo debet habere panes ad pauperes nutriendos. sic̄ enim pastor ouium sumit secum panes et in pera sua portat vt oues debiles refocillet. Sic p̄latus quilibet siue spiritualis siue secularis debet habere panes in pera vt debiles et paupes reficiat. Per peram hic intellige domum cuiuslibet prelati que debz esse ditissima. quia dom⁹ eius debet pauperibus esse cōmunis. vt probatur xvj. q. j. Quoniam. Sed per panem intellige bona eorum que debent impartiri necessitatibus pauperꝝ. Nam papa ⁊ alij p̄lati solū sunt eccl̄iasticarum rerum dispensatores vt supflua dent paupibus. Juxta illud Luc̄. xj. Qd̄ supest date elemosinam. et omnia vobis munda sunt. Qd̄ si non dent paupibus qd̄ eis debeť rapiūt et auferunt bona pauperꝝ. Quia dicit Hiero. Aliena rapere conuincitur qui vltra necessitatem sibi retinere comprobatur. Et quia sibi ꝓprietatem attribuunt maledictionē damnationis incurrunt. Sicut testatur beatus Augusti. ad Bonifacium. Si inquit p̄uatim que nob̄ suf-

ficiant possidemus non sunt nostra sed paupe
rum, quorum procurationem quodãmodo ge-
rimus. Nam damnabili vsurpatione ppzieta-
tem nobis vendicamus. Et dicit idem Augus.
Et ponitur. xvj. q. j. Decime. Qð si pauperes
in locis vbi illi habitant mortui fuerint. tot ho
micidorum rei ante tribunal eterni iudici appa
rebunt. quia rem a domino elargitam pauperi-
bus delegatam siue concessam suis vsibus re-
seruare presumunt. vide exemplum apearij. c.
ij. de Philippo cancellario parisien. Qui post
mortem apparuit vuilhelmo episcopo et dixit.
hanc vnam esse causam sue damnationis. quia
crescentes fructus annuos cõtra pauperes a-
uide reseruassz. Sed diceret aliquis. Nunquid
tenentur prelati dare pauperibus elemosinam
quando egent. et videtur q̃ non. Quia dicunt
doctores iuris q̃ hoc debet referri ad extre-
mam necessitatem. rñde ad hoc q̃ non est vltia
necessitas expectanda. quia tunc forte non pos
set iuuari pauperi, ppter nimiam debilitateẽ. et
corporis consumptionem. Sed ante talem ne-
cessitatem cum pauper patiatur debet eis sbue
nire. Et hoc non solum de prelatis. verum etiã
de alijs clericis et laicis abundãtibus est intel
ligendum. Quib⁹ singlariter dicit Ambro. Et
ponitur. lxxxvj. di. c. pasce. Pasce inquit fame
morientem quisq; eñ hominez pascendo serua
re poteris, si non pueris occidisti. Ad dictum
autẽ iurisperitorũ dic. q̃ crudele est et in hoc sũt
crudeliores raptoribus. Quia omnes doc. di-
cunt q̃ sit sbueniendũ necessitatibus egenorum
Nam dicit Amb⁹ sup Lucam tractans illð. At-
tulit ager cuiusdam diuitis vberes fructus. Et
ponitur xlvij. di. Sicut hi. Esurientium panis
est quem tu detines nudorũ vestimentum. quod
tu recludis. miserorum redemptio et absolutio
pecunia quaz tu in terram fodis. Tantorũ te q̃
scias inuadere bona. q̃tis possis prestare quod
vales. Secundo debet habere quilibet ꝓlatus
canem ad lupos repellendos. Moraliter p ca
nem. Ansel. li. v. c. xcix. intelligit quemlibet p̃-
dicatorem ppter certas ppzietates canũ. Pri
ma est. quia canis dominuz suum diligit. sic sil̃
ter p̃dicatorem verbi dei oportet esse amicum
dei. Nam p̃dicator qui non diligit dominũ. nõ
est dignus annũciare verba dei. Et tali cõgrue
dicit dominus illud ps̃. xlix. Quare tu enarras
iusticias meas. et assumis testamentum meum
per os tuum. Secunda ppzietas. quia canis do
mum domini sui custodit et defendit. hec dom⁹
domini ecclesia est. quã p̃dicator catholicus ab
hereticis defendit. Vel hec domus ꝓscientia, p
pria est. quã debet p̃dicator sollicite custodire.
sicut fortis armatus atrium suum vt sint in pa
ce. omnia que possidet. Tertia ppzietas. quia
canis p domino suo morti se exponit. sicut dic̃
Pli. in spec. na. xiij. li. c. xlj. Inter aĩmantia. q̃
nobiscum degunt fidelissimi sunt canes et equi
Pugnasse enim canes contra latrones, p domi
nis suis dicit se percepisse Et ponit exemplum
de cane iasonis cilicie. Qui noluit cape cibum
domino suo interfecto. et sic doloze pariter et i
edia consumptus est. Et sb̃dit etiam legim⁹ co
lenum senatorem placentie ab armatis oppres-
sum. canem defendisse. nec vulnerari potuisse.
nisi prius cane interempto. Sic sancti p̃dicato
res pro fide dei et veritate. martirio se exposue
runt, sicut patet in apostolorz martirib⁹ Quar
ta, ppzietas. quia canis voluntarie cum domio
suo ad predam currit. Est enim predicatio qua
si venatio quedam spiritualis. in qua omnis a-
nima deo acquisita est quedam p̃da rapta. Sz
canis ad predam vadit. si a domino suo nõ du-
citur vel sociatur. Quia p̃dicator infructuose p̃
dicaret. nisi eum deus sociaret et iuuaret. debz
ergo predicator dominum non refugere. sed
libenter discurrere ad p̃dicationis laborẽ Quĩ
ta. quia canis corpus domini sui mortui multo
tiens non derelinqt. Sicut refert Pli. vbi su-
pra. de cane ducis sabini. qui ipsum cum essz ro
me in carcere. non dereliquit. nec in morte. Sz
mesto sedens vlulatu cum mortuo mansit. Cui
cum q̃dam cibum obiecisset ad os defuncti tu-
lit cibum. et cadauere in tyberim ꝓiecto vt cor
pus sustẽtaret. saliens intra fluuiũ innatauit. oc
currente multitudine ad speculum fidei anima
lis. Sic p̃dicatores corpus xp̃i mortuum defen
dere debent. quia de morte et passione eius de-
bent memoriam habere. et frequenter p̃dicare
de ea. Exemplo apostolorz Ex quorum psona
paulus dicebat. Nos autem predicamus xp̃m
crucifixum. Si vis habere plures ppzietates.
vide Ansel. vbi supra. Audiuit dilectio vra qs
per canem. audiat etiam hic qui per lupos de-
signantur. Moraliter autem per ipsos lupos
significatur tyrannus hereticus ypocrita vel
diabolus. Et presertim p lupum de quo fit mẽ
cio in euangelio cum dominus dicit. Lupus ra
pit z dispgit oues. diabolus figuratur. ppter
multas ppzietates quas ponit Ansel. li. v. c. x-
xxix. Primo enim assimilatur lupo ratione vir
tutis pedum. Dicitur enim lupus ẽm Jsiõ. li. J
xij. quasi leopos. eo q̃ quasi leoni in pedib⁹ sit
ei virtus. Nam quicquid pede p̃sserit nõ viuit.
Pedes enim lupi sunt delectationes peccati. p
quas in hominem ingreditur. in qbus est tante
virtutis. vt si eius mentẽ conscie p̃sserit eam fi
naliter occidit. De his pedibus ór prouerb. j.
Pedes illorum ad malũ currũt. Scõo ratione

B z

2 N elemosina est comes defunctoꝝ. Quarto sunt hoīes negligētes i reuerēdo dei maiestatem. ꝛ hoc h̄ñt timere curati et spēal'r p̄lati et q̄cunq; alij in mīsterio dediti. cuiusmōi sunt oēs clici ꝛ q̄cunq; religiosi. ꝛ tñ si ꝙsiderem⁹ hi sunt q̄ negligēti⁹ agūt. iux̄ illō. ij. pal. xxiiij. Leuita ꝛ sacerdos egerūt negligēti⁹. istis tñ p̄cipit̄ Deut̄. viij. Obſua et caue ne aliq̄n dñi dei tui obliuiscaris ꝛ negligas mādata ei⁹ atq; iudicia. Negligētiā cāt i istis nimia frequētia assistēdi deo qz nimia familiaritas ꝙtēptū parit. Attn̄ ꝙra tales ꝺr. ij. pa. xxix. Nolite negligere filij mei vos elegit de⁹ vt stetis coꝛā eo. Et nota q̄ non solū clici negligētes i reuerēdo dei maiestatez imo et laici. iō negligētiam talē expellit dñs a liqn̄ flagello ꝓcussionis. aliqn̄ ſbtractiōe ſbstātie tpalis. dicit em̄ Aris. li. vj. aīaliū. q̄ aquila pullos suos iā adultos ꝓuocat ad volandū super eos volitādo. et si ad exeūdū pigritauerit eos rostro ꝓcutit ꝙcibū ſbtrahēdo et exire eos deinde sic expellit. Sic aq̄la xp̄s q̄ ꝓuocat ad volandū pullos suos. Deutro. xxxij. Pulli em̄ sui sunt hoīes a se creati vl̄ fideles baptismate regenerati. quos tā vbis q̄ exēplis ꝓuocat ad volādū. i. ad deū reuerēdū ꝛ amādū. vbis q̄dē cū dic̄. vsq; mō nō petistis q̄cq̄. q. d. vsq; mō ñ reueriti estis p̄ez meū. ꝛ hoc etiā nob obiicit p̄ Malach. j. Si ḡ p̄ ego suz vbi ē honoꝛ me⁹ et si dñs ego suz vbi ē timoꝛ me⁹. Qđ aūt negligētes hacten⁹ fuim⁹ i reuerēdo dei p̄ris maiestatē. patz ex illo q̄ dicit nō petistis q̄cq̄. Naz reuerētia q̄d est. i. aliq̄d. qz gl'ificationē acq̄rit ſm illd. j. reg. ij. Quicūq; honoꝛificabit me gl'ificabo euz. et q̄ ꝓtēnit me erit ignobilis. ꝛ hāc gl'ificationē verendo p̄rem hucusq; ñ petiuim⁹ iō xp̄s nos iterdū flagello ifirmitat⁹ vl̄ aduersitatis ꝓcutit ꝛ bona tpalia ſbtrahit vt q̄ deū in ꝓſpitate reuereri noluim⁹ saltē in aduersitate reueremur. Quito hoīes sunt negligētes in petēdo necessariā salubꝛitatē. Cū fu⁹ aliq̄s fuit alicui dño liberali q̄ ē ꝓn⁹ ad petita audienda talis nō dēt esse negligēs in petendo. et p̄cipue dēt hoc facere in meridi e. post q̄ dñs p̄ādiderit ꝛ iā q̄euerit iocūdiq; ai fuerit. qz talis hoza est ꝙgruētioꝛ ad petēdū et si tūc nō petierit. ſz negligēter se habuerit i damnū suū cedit. Moralit̄ q̄libz hō a deo creat⁹ ē fu⁹ dei factus ad deo fuiendū. Sic̄ de hoc dic̄ mḡr li. ij. dis. j. Et si inq̄t q̄rit̄ ꝓp̄t q̄d. i. ꝓpter quā cām finalē creata sit rōnalis creatura. rñdet̄ ad laudādū deum vel ad fuiēdū ei vl̄ ad fruendū eo. Et infra fact⁹ angel⁹ siue hō ꝓp̄t deū ꝺr eē. Nō qz creatoꝛ de⁹ ꝛ summe bon⁹ alt̄utriusq; i. angeli vel hoīs idiguerit officio qz bonoꝝ nr̄oꝝ nō eget sed vt seruiret ei et eo frueretur cui seruire regnare est. in hoc em̄ ꝓficit fuiens non ille cui fuitur. et dauid hoc ꝓpendēs ait in ps̄. cxviij Seru⁹ tu⁹ ego suz da mihi itellectū dñe. Jste i q̄ fuus vicz hō fuit largo dñovicz deo gl'ioso de quo loquēs Xp̄s. xxvj. q. vij. Alligant vbi p̄familias larg⁹ est. dispēsatoꝛ nō dēt esse tenax vbi ꝓ patrēfamilias potest intelligi deus p̄r. Sz ꝓ dispēsatoꝛē xp̄s ihs. q. d. Exquo pater largus est ꝛ filius largus est qz seq̄tur p̄ez sua ples. Mō qz ille dñs est largus seq̄t q̄ ad dandū est ꝓn⁹ ꝛ certe ꝓnioꝛ ad tribuēdū q̄ nos ad petendū. q̄re non debemus esse negligētes in petitionibus. ne nos arguat quasi negligentes et dicat. vsq; modo non petistis quicq̄.

Dnica quinta post pasca

Accedamus ꝯ ad dominuꝫ glie et petamus in meridie. Mozaliter p meridiez in quo sol lucz feruẽtiuſ intelligitur tẽpus gratie in quoveruſ ſol ſplendet nobis clementioꝛ. in hoc meridie gr̃e dẽs veniã petere qꝛ iam dñs ab ira ſua ꝙ uit et iocũdi animi exiſtit. iõ Sapiẽs hoꝛtatur Eccl̃i. xxxviij. quẽlibet vt in pñti deũ. p curãdis peccatis petat. cum dicit. fili in tua infirmitate. ſ. ſpñali q̃ infirmꝰ es a peccatis tuis in ania non deſpicias. ſ. negligere teipm. Sed oza deũ et curabit te. Et b. Hiero. xiij. q. ij. c. in pſenti. In pñti inqt ſeculo ſcimus ſiue ozõnibus ſiue cõſilijs inuicẽ nos poſſe adiuuari. Cum autem añ tribunal xpi venimus nec Job nec Daniel nec Noe rogare poſſe. p quocunqz. ſed vnũquẽ qꝫ poꝛtare onus ſuũ. p Job intelligit glo. cõiugatos. p Danielem vgines. p Noe ꝓlatos eccleſiarũ. q. d. neqꝫ cõiugati. neqꝫ vgines. neqꝫ ꝓlati pñt iuuare poſt moꝛtẽ quenq̃ ozõnibus ſuis ſi in peccato moꝛtali abſceſſerit. Et certe illis qui hic ꝓ peccatis ſuis delendis dñm nõ petunt ſed in eis decedũt dicit dñs vſqꝫ modo non petiſtis q̃cq̃. iõ nunc petẽtes non exaudiam. ite maledicti in ignẽ eternũ. iõ petamus h̃ potius curari et pctã noſtra per tribulationez ablui q̃ ibi eterno ſupplicio damnari. Sic q̃dã impatoꝛ noie Mauricius. ſicut refert Uinc̃. in ſpe. hiſ. li. xxiij. c. xviij. et Hugo floziacen̄. mauricius auguſtus inqunt. mallebat in hoc ſeculo facinerũ ſuoꝝ coꝛpali ſupplicio vindictã ꝓſoluere q̃ toꝛmentis infernalibꝰ ſeu gehẽnalibus cruciari. et hoc quotidie in ozõnibus ſuis p̃cabatur. Quadã nocte dũ in ſtratu ſuo eſſz vidit p ſomnũ añ ſe ſtare eneã ſaluatoꝛis effigiẽ que erat ante poꝛtã pallacij. Ex qua emiſſa eſt voꝛ date mauriciũ. Et exhibuerũt eũ q̃dã iudiciarij miniſtri. tunc ait ad eum ſaluatoꝛis imago. vbi vis reddam tibi mala q̃ meruiſti h̃ an in futuro? Et ille. o curatoꝛ inqt hominũ dñe h̃ potius q̃ in illo. tunc iuſſit diuina voꝛ tradi euz t conſtantiam eius vxoꝛẽ et omnẽ cognationem eoꝝ foce militi. Expgefactꝰ aũt miſit ad accerſiendum Philippum generũ ſuum. Cui dixit. Scis inter agmina noſtra aliquẽ militem noie Focam. et ille. ſcio vnũ. Et impatoꝛ. cuius ẽ q̃litatis. qui ait. iuuenis eſt tumidus et temerarius. et ſic reſeruit Philippo ſomnũ qõ viderat poſt hoc mauricius in hoſtili terra poſitus cũ milites ſuos a rapinis abſtinere compellerz focam rogare ceperunt vt imperij regimen ſuper eos acciperet qui regalem purpurã aſſumpſit Qõ audiens Mauricius ceſſit et in quãdaz ſiluam mari contiguam fugit. in qua cum vxoꝛe ſua et quinq̃ filijs iuſſu Foce ceſaris eſt interemptus. Quantum ad ſecundum ponit confidentiam exauditionis cum hoꝛtatur ad petendum et pꝛomittit petitoꝛes exaudire dicẽs. petite et accipietis in veritate ſic eſt ꝙ vnuſquiſq̃ hominum libentius faceret laboꝛem iſtum quem poſſet complere invna hoꝛa ſine graui ſudoꝛe. de quo dareꝰ ſibi vnus groſſus q̃ illuz laboꝛem grauem quem vix poſſet perficere integra die. de quo ſibi daretur dimidius groſſus. Mozaliter inter coꝛpozalia opera exterioza oratio eſt facilima. quia facilius eſt ozare q̃ ambulare fodere vel arare. Si autem pꝛiuaretur quis lingua adhuc poſſet mentaliter peterevel arare. Sic licet inter coꝛpozalia ſit opus facilimum habet tamen maius pꝛemium. Qõ patet ex verbis Bernardi. qui ſic ait. Quid ozatiõe pꝛecioſius que deo eſt ſacrificium. angelis ozganum. ſanctis conuiuium. ozãtibus pꝛeſidiũ. contritis vngentum. reis ſcutum. penitentibuſ remedium. hoſtibus iaculum. et intellige tam viſibilibus q̃ inuiſibilibus. quia hoſtes viſibiles etiam fugant deuote ozatiões. vt triũphẽt ozantes. Nam Exoꝺ. xvij. Ozante Moyſe et manus deuote eleuante vicit populus iſrael. Sic etiam Joſaphat rex iuda videns contra ſe filiozum Moab multitudinem et Ammon venientem timoꝛe perterritus ſe ad ozationem cõtulit. et victoziam obtinuit. ij. Paral'. xx. Sic ſancta mulier Judith intendens vincere t decapitare Holofernem pꝛincipem iudeoꝝ hoſtem pꝛius ozauit pꝛo victoꝛia. Confirma inquit me domine deus iſrael t reſpice in hac hoꝛa ad opera manuum mearum. et hoc qõ credens per te fieri poſſe cogitaui perficiam Et p pter hanc ozationem dominus ſibi victoziã dedit. et hoſti ſuo caput ſuum amputauit Judith xiij. Ut ergo nos et hoſtes noſtros ſupemus. docet nos dominus in verbis pꝛedictis vt ozemus vl̃ petamus dicens. Petite et accipietis. In quo quidez verbo ad duo hoꝛtatur. pꝛimo ad inſtantiam ozationis ibi. Petite. ſecundo ad fiduciam impetratiõis ibi. t accipietis. De pꝛimo eſt notandũ. Hol. ſuper li. ſapi. lcc. ccij. Ozatio deuota eſt mozaliter ſcala noſtre aſcẽſionis. ſcutum noſtre defenſionis. nuncius noſtre legationis. et redditus noſtre ſbiectionis p̃mo eñ eſt ſcala nr̃e aſcenſiõis. p hãc eñ aſcẽdimus ad deñ et a terrenis ad celeſtia nos eleuamus. de hoc b. Aug⁹. in tractatu de ozatiõe in fine. quid ozõne ꝓclariuſ. q̃dvite nr̃e vtiliuſ q̃d in tota religione noſtra ſbliniuſ. Ozõ eſt q̃ nos xpianos. puocat. ozõ q̃ cum deo loquimur q̃ patrẽ dicim⁹. q̃ vniuerſa deſideria noſtra in cõſpectu maieſtatis eius effundimus. Ozatio eſt que celos penetrat. nubes tranſit. dei aures attingit. Jõ dicit Sapiens Eccl̃i. xxxv. ozõ

humiliantis se celos penetrat. Sed dubiuz pt
P esse quid intendim⁹ cũ deũ oram⁹ rñdet .s. tho.
ij.ij.q.lxxxiii. Deum oramus vt nõ diuinã dis
positionẽ ĩmutemus. Sed q impetrem⁹ quod
deus disposuit per oraciones sanctoz esse implen
dum .s. q hoies postulãdo mereãtur accipere
qd eis oipotens de⁹ disposuit ante secula dare
Et ad hoc sonat Robertus q non intendimus
dispositionẽ diuinã ĩmutare sed magis instare
vt cõpleatur .non g cum oramus deum mutare
pponimus vel ad nos inclinare. Sz magis nos
ad deũ leuare et nostrã volũtatem suo bñplaci
to cõformare. Et hoc pulcre declarat dyonisi⁹
de di.nomini .sb duobus exemplis .pmum ẽ ta
le. Si imaginemur vnam cathenã luminis ♂ ce
lo pendentẽ et nos extẽdamus man⁹ nitamur
illã ad nos trahere nõ faceremus eam descen
dere ad terrã quia sursum esset et deorsum eq̃
liter. Sed per eam nosmetipos ad superna tra
heremus. Sic est in pposito de oraõne. Secũdũ
exẽplum est tale. Si essemus in naui existẽte in
aqua et teneremus funes fortes ex quadaz pe
tra ĩmobili ad nos extensas et sic nobis in au
xilium non ad nos petram. Sed nosipsos r na
uem ad petram traberemus. Sic cum oramus
non trahimus ad nos ĩmobilem dei vtutẽ sed
nos potius trahim⁹ ad deum. Secundo oraõ ẽ
scutum nostre defensionis. Narrãt bistorie bri
Q tonum q rex arcturus illustris depictam ha
buit infra scutum imaginem vginis Marie bñ
dicte filium suum in brachijs baiulantem. Ad
hanc g imaginem quotiens in pressura belli in
ciperet fatigari respexit et ex eius intuitu stati
recenter vires reaccepit. Nam in li.vij.c.v. ór
q clipeus prestenvocabatur in quo imago san
cte dei genitricis depicta hẽbatur. Moraliter
isto mõ debet scutũ nre oraõis oranti .vtvideat
intrinsecus hre imaginẽ vginis Marie bñdicte
Si eñ imaginemur vginem Mariã bñdictã in
interiori pte stantẽ ipa videt qsi scutuz deferre
hoc est qsi scutũ oraõnis sibi imponere vt ipa di
gnetur oraõnẽ nram portare et xpo pñtare Nã
qcquid ipa filio suo offert necessario est accep
tum .iõ dicit b. Bernñ. sup missus est. Certe frat
qcquid est illud qd deo offerre putas marie cõ
mendare mẽmento vt eodẽ alueo ad largitorẽ
gre supra cedat quo tibi influxit. Et addit Ro
bertus bol. oraõnẽ nram duo dñt cõplere. vicz
xps et maria qz dicũt grãmatici q inẽ pteroraõ
nis pncipaliores sunt nomẽ et verbũ. Inẽ no
men et vbũ talis differẽtia est. qz nomẽ signifi
cat sbstantiã cũ qlitate et sine tpe. vbñ aũt sig
nificat psonã agere vel pati aliqd cũ tpe. de na
tura etiã nois ẽ reddere suppositũ ipi vbo. De
fõne vbi est nomẽ regere sibi in oraõe supponẽs
Moraliter q nostra oraõ inueniat ♀grua et p
fecta necesse est q ex nomine et vbo cõponatur
Uerbũ aũt qd nostre oraõni cõiungi debet est il
lud vbum qd caro factum est Joh .j. istud vbũ
psonã significat .s. filij dei. Signat etiã cuz tpe
quia cũ venit plenitudo tempis misit de⁹ filiuz
suũ .ad Gal.iiij. Et mgr idẽ ponit .iij. sentẽtia
di.j.c.j. Sil'r illud vbũ tam actionẽ q passionẽ
importat. Isti⁹ em vbi actione sunt cũcta crea
ta. Sz ipius passione sunt oia reformata. No
men aũt etiã nram oraõnem ingredi dẽt. Sed qd
est illud nomẽ qd vbo in nostra oraõne dẽt ♀iun
gi. Reuera nõ inuenit nomẽ sb celo qd isti vbo
cõueniẽti⁹ cõiungi possit. qm illud de quo Lu.
j. Et nomẽ vginis marie. maria ecce sbstantia.
vgo ecce qlitas. et significat sine tpe. causa cu
ius est ista. qz Aris. iiij. phisi. dicit. q tps est cã
corruptiõis et oia corrũpunt et labũtur in tpe
Iste em mulieres q pmo sunt vgines r postea
fiũt mres. sed nõ sine corruptione r generatõe
certe iste sunt vgines in tpe. Sz hec bñdicta et
singlaris vgo. q vgo pepit r post ptũ vgo pman
sit ipm quẽ genuit adoravit. Reuera ipa ẽ vgo
sine tẽpe. Sic testat metrista. Tẽdit ad ethera
vgo puerpa vgula iesse. Nõ sine corpe sed sine
tpe trãsit ad esse. hẽmus g nomẽ et vbuz .p nra
oraõne formãda. Sed vt inẽ hoc nomẽ et vbũ oi
moda ♀gruitas oñdatur. restat videre. quõ et
qñ illõ nomẽ huic vbo suppositũ reddit. r quõ
nomẽ ab eodẽ vbo regimẽ recipit. Reuera ca
rissimi qñ ista bñdicta vgo maria ab eterno pdesti
nata et sctificata et dei filio cõsecrata. et cũctis
creaturis ppposita et ab angelo extitit salutata. et
hoc nõ obstãte ipa qsi vniuers suppositũ semet
ipaz .sz tunc reddidit suppositũ .qñ dixit. Ecce
ancilla. rẽ. Et certe eadẽ bũilitate q sic suppo
sitũ reddidit. regi a vbo ♀uenienẽ petiuit qñ sb
dit. Fiat mihi scom v. tuũ. Ex istis hẽtur q xps r
maria tãq nomẽ et vbũ cõplent oraõnẽ. iõ stati
p⁹ xpo cũ or. Saluator mõi adiuua nos .sb dit
Sctã maria ora .p nob. Tertio oraõ est nuncius
nre legatiõis. iuxt illud Aug. sup ps. oraõnis pu
re magna ẽ vt⁹ r velud nũci⁹ fidelis mãdatũ p
agit et illuc penetrat quo caro neqt peruenire
hec aug⁹. Et qz oraõ ẽ nũcius. iõ aliq sunt neces
saria q cuilibz nũcio necessaria etiã eẽ videntur
pmũ ẽ familie dñi ad quẽ mittit dilectio Si eñ
familiã dñi diligit nũciũ facili⁹ ducit eũ ad dñz
vt suũ expediat negociũ. sic patz ♂ familia im
patoz .regũ. pncipũ. atq baronũ. Moral'r fa
milia regis sũt paupes. sm illõ ps. ix. Tibi em
derelict⁹ ẽ paup .s. i familiã. Qui em ill' dat mu
nera eleosinaz facile pducit ad deuz qm ipoz
ẽ regnũ celoz. Math. v. et sic facile i oraõe sua
exaudit. iõ hortat nos Isa. lviij. dicẽs. Frãge

esurienti panem tuum. et egenos et vagosqz induc in domum tuam. operi nudum et carnem tuam ne despexeris et tunc inuocabis et dñs exaudiet. clamabis et dicet ecce assum. Ecōtra dicitur Prouerb. xxj. Qui obturat aurē suam ad clamorē pauperū. et ipse clamabit et nō exaudietur. sup quo dicit Pe. Rauaneñ. Quis īmisericors mīe dign⁹. aut quō miaz ꝓseqūt ꝙs. q̄ hanc nō exhibuerat miserādis. Secundū ē cyrographi allacio. qz legit Thob. v. q Thobias iuni or quē mittebat pr̄ quasi nūciuz in rages ciuitatem medoz ad gabelū accepit secum cyrographum. p pecunia repetēda. Mozal'r Thobias interp̄tat⁹ duct⁹ ad luctū. et significat quēlibet xp̄ianū hoiez q̄ duct⁹ est i luctū hui⁹ mūdi vbi risus doloze miscebit. z extrema gaudij luct⁹ occupat. Prouer. xiiij. Hic inq̄ mittit ozōnem suam quasi nuncium ad gabelum q̄ interp̄tat vallis dñi vel collis diuin⁹ et significat celū. iō recipe debet secū cyrographū et ille cyrographus est inocētia baptismalis vel pctō̄z īmu-
℟ nitas. de q̄ s. N. L. Et hāc si habuerimus cito exaudimur alias nō. Quia sicut dicit ps. lxv. Iniq̄tatem si aspexi in corde meo nō exaudiet de⁹. s. ozōnē meā. iō dic̄ Aug⁹. Ozō si pura fuerit celos penetrat et vacua nō redibit. Tertiuz est pacis certitudo. qz si cū nūcio etiā mitteret discordia palam est q̄ petitio ꝓcessuz nō habebit. Sic etiā si hō hēt discordiā cū ꝓximo. ꝙmittit ad dñm ozōnē suā q̄si nūciū. notū ē q̄ deus ip̄m nō exaudit. qz dicit Hugo de san. vic. Ibi ois aufferet gr̄a vbi scelerata regnat discordia iō dēt hō cōcors esse cū ꝓximo. vt sic cōcordet cū deo. et sic exauditōis spes est. iō dic̄ sapiēs Eccl̄i. xxviij. Dimitte ꝓximo nocēti te. et tūc ꝺ ꝓcāti tibi pctā soluēt. Et Marc. xj. dixit dñs Dū stabitis ad ozandū dimittite si quid hēt⁹ aduersus aliquē vt p̄r vr̄ q̄ in ce. est di. v. pctā. v. q̄ si vos nō dimiseritis. nec p̄r. v. q̄ in ce. est di. vobis pctā. v. iō in ozōne dñica Math. vj. dicimus ozādo. dimitte no. de. nr̄a. si. et nos di. debi. nostris. q. d. dñe si cōcordam⁹ bñ cū ꝓximo nostro. et ex ꝓsequēti cū deo. iō dimitte nob̄ debita nostra. Quartum est petēdi discretio. Si em̄ nuncius discrete petit dñs eū a d quē missus est eo citius exaudit. Sic si nunc nostre legationis iuste et discrete peteret eum altiss⁹im⁹ vtiqz exaudiret. Si autem indiscrete petit. de⁹ nō exaudit. Sicut patet de petitione zebedei filiorum qui petierum per matrem vt vnus sederet ad dextram et alius ad sinistram in regno suo scilicet tempali. id circo non sunt exauditi. Sz merebant audire nescitis quid petatis. Sicut patet Math. xx. Similiter hētur de paulo. ij. Chor. xij. Qui petist vt auferet ab eo stimul⁹ carnis sue. et qz indiscrete petijt z saluti sue cōtrarium. ideo non fuit exauditus. Sed dixit sibi dñs. sufficit tibi gratia mea. ideo dicit Gre. digne in sua petitiōe non exauditur q̄ hoc petit q̄ saluti sue non expedit. Quapropter dixit et saluator in p̄ti euangelio. Si quid petieritis patrem meum in nomine meo dabit vobis. qō exponit Grego. in nomine xp̄i petit qui saluti sue necessaria petit. et quid hoc sit innuit cum dicit. Ut gaudiū vestr̄z plenū sit. vbi dic̄ greg⁹ q̄ gaudiū plenū desiderat illud petat qō finez non hēt. et cui nullus mereor appropiat. Quitum est petitiōis ꝓtinuatio sicut fecit cananea Math. xv. q̄ totiēs repulsa. clamare nō cessabat. et sic xp̄us tandē eā exaudiebat dicens O mulier magna ē fides tua. fiat tibi sicut vis. iō dicit dñs Lu. xj. Si pseuerauerit pulsans dico vobis. Si nō dabit illi surgēs eo q̄ amicus ei⁹ sit. ꝓpter improbitatē. tñ ei⁹ surget. et dabit illi quocquot habet necessarios. Sup quo dic̄ augus. ne deficias in ozōne de⁹ qō cōcessur⁹ ē nō negat. si differt. Quarto iō ē petendū z ozādū qz ozō ē redditus nr̄e sbiectionis. Cadit em̄ ozō sb̄ p̄cepto. Et dic̄ Ulric⁹ q̄ ad ozōnē mentalez hō teneť ex iure naturali qō artat hoiem vt disponat se ad ea sine qb⁹ n ō est salus. Et ad hoc ius accedit autoritas xp̄i dicentis. Luc. xviij. Oportet sp ozare. Sup quo dicit Crisᵹ. Oportet necessitatē dic̄. ad vocalē v̄o orōnē seu cum cātu nō teneť q̄s ex p̄cepto diuīo. sz ex statuto eccl̄e. q̄ missas et horas canonicas indixit. mistris eccl̄e. vl' ex iūctōne ꝓfessoris. p satisfactione pnie ꝓcordat tho. i. iiij. di. xv. Et dic̄ hol. vbi s. Qō ozō cadit sb̄ p̄cepto determinate q̄dē q̄tū ad mīstros eccl̄ie. q̄ ad horas canōicas obligātur. qz fm Uuilh. Idcirco a laicis dati sūt reddit⁹ clericis. vt in officio ip̄as vices supplent laicoz. et ideo bñficiati tenētur ad horas non solū ex statuto eccl̄ie sz etiā ex obligatione iusticie. Et qz ordinē sacz nll'us dz ꝓferre nisi bñficiato. vl' ei q̄ ad suū p̄rimoniū loco eccl'iasticoz redditū voluerit ordinari. ex de p̄bē. Eps. z. c. cū scōm. iō q̄libz hñs ordinē sacz tenetur ad horas canonicas. qz eccl'ia ordinādo ip̄m intēdit eū ad hoc mīsteriū obligari. Et ex hoc seq̄tur. q ois ordīat⁹ ordinib⁹ maiorib⁹ teneť ad horas etiā si bñficiū nō hēt. exquo recepit ordies z ptātē spūalez. teneť etiā ex spūali deo fuire z ministrare. hoc autē facit dicendo horas nisi habuerit legittimū ip̄edimētū puta ꝓp̄ defectū visus vel infirmitat⁹ vl' pauptatē qz libro carz. recōpēset tñ ꝓ eq̄lēs ꝓ psalmos vl' ozōnē dñicā. Et si nullū ip̄edimētū hūerit peccat mortaliť si obmiserit horas canōicas vt dicit Innocē. in extra. de cele. mis. c. Dolentes.

Et addit ꝑbiter diacon⁹ vel ſbdiacon⁹ vel qui cunq; bñficiat⁹ tenetur dicere horas canonicas Et ōr bñficiat⁹ �means aliquos qñ cū effectu ꝓcipe poteſt fruct⁹ bñficioꝝ ſuoꝝ in toto vel in ꝑte. Scōm vō alios intelligit qñ ius hēt repetendi hec innocē. Cōcordat etiā henric⁹ de gandauo in qōlibeto. q tales tenent dicere alias peccāt mortaliꝝ obmittēdo. niſi rōne infirmitatis vl alteri⁹ cauſe legittime impediti. quia in. c. dolentes diſtricte ꝓcipit. cum ōr. diſtricte ꝓcipimus in vtute obediētie vt diuinū officiū nocturnum pīter et diurnū. q̄tū dñs eis dederit ſtudioſe z deuote celebrēt. ꝓceptū aūt obligat ad mortale Sz d. vtq; cl̄ici tenētur horas dicere deuote. ad hoc dicūt doc. deuotio dupliꝝ ꝑt intelligi. Uno modo ſuauitas mētis eleuate in deū ꝑ cognitōnem z feruentē dilectionē. et hāc generat caritas vel donū ſapie. et hec ē rara. Alia ōr habitualis relatio boni opis in deū. vt cū qs faciēs aliqd bonū ꝓſideret vt illud faciat ꝓpter deū. Tertō ōr habitualis relatio in deū. vt cū qs nō cogitāt de deo facit aliqd bonū. reꝯlitus tñ qliter hoc faceret. diceret q ꝓpter deū. Prima deuotio ē pfectioniſ. ſecūda ē ꝓgruitatis. tertia neceſſitatis. vñ q tenent horas dicere tenent eas dicere deuote. ſaltē loquēdo de tertia deuotiōe. et ſic intelligi ꝑt li deuote in c. dolētes. Et licet cl̄ici in ſacris ordinib⁹ bñficiati ſiue nō bñficiati tenent ad horas canonicas determiate. Oēs tñ laici tenent ad orādū indeterminate qz ois hō tenet ſuā ſalutez ꝓcurare qd ſine orōne adulto non cōcedit. et iō orare vocaliter vel mētaliter eſt de iure nature. z reducitur ad tertiū ꝓceptū ꝺme tabule. Memēto vt diē ſabbati ſctifices. Tps vō orādi inſtituit laicis ex ſtatutis canonum. dieb⁹ feſtiuis qñ tenent diuinis officijs intereſſe vt miniſtris ꝓ pplo orātib⁹ ſuā intētōez ꝓfirmēt. vt dicit Tho. in. iiij. diſ. xv. Et qz orō eſt ſcala nře aſcēſionis. ſcutū nře defenſionis. nunci⁹ nře legatiōis. z reddit⁹ nře ſbiectiōis. Idcirco dñs hortat h ad orōnez cū dicit petite. Sz h querit vbi ſit orandū z ad hoc dicunt doc. q vbicq; orādū eſt cū vbicq; fiūt ꝓcla z vbi q; dei indigem⁹ auxilio. ꝓpter qd dicit apl's. j. Thi. ij. Uolo g viros orare in oi loco leuātes puras man⁹. Spūaliꝝ tñ loc⁹ idone⁹ ad orandū eſt loc⁹ ſacrat⁹. qz dic̄ Iſi. de ſum. bo. Orō pr uatis locis oportuni⁹ ōr. iō dicit dñs Mat. vj. Tu aūt cū orueris ītra in cubiculū tuū z cluſo oſtio ora patrez tuum. z hoc qd xp̄s de loco orōnis docuit exēplo et ope oñdit. Nā Math. xiiij. hētur q ipe dimiſſa turba aſcēdit i mōtez ſolus orare. Et Marc. j. ōr q abijt in deſertuz locū ibiq; orabat. Et Lu. xxij. Auulſus ē a diſcipulis q̄tū eſt iact⁹ lapidis et poſitis genib⁹ orauit. Sz magis ſpēalis loc⁹ et idone⁹ ad orādum eſt templū materiale dedicatuz. iuxt illud Iſa. lvj. Math. xxj. Domus mea domus orationis vocabitur. Et. ij. Parali. vij. Oculi mei erunt aperti et aures mee erecte ad orationem eius qui orauerit in loco iſto. elegi em et ſctificaui locum iſtum vt ſit ibi nomen meum in ſempiternum. Sed diceret aliquis que z quot ſunt impedimenta orationis. reſponde q ſunt multa. Primuz eſt peccatū orantis. Iſa. j. Cū multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiā. manus em veſtre ſunt plene ſanguine. vbi p ſanguinem intelligit peccatuz. Uerſus. Sanguis peccatum ſanguis quoq; dicit humor. Et Iſa. lix. Peccata veſtra abſconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Et Treñ. iij. Nos inique egimus et ad iracundiā ꝓuocauimus. id circo tu inexorabilis es. Secundum eſt orantis dubietas. quia de dubio ōr Jaco. j. Non eſtimet ergo homo ille q accipiet aliq̄d a domino. Nā Bern̄. dicit. indignus celeſti benedictione conuincitur qui deuz querit dubio affectu. ideo cōſulit Jaco. j. Poſtulat in fide nihil heſitans. Tertium quod impedit eſt indignitas. iō dicit Iere. vij. et. ix. dominus noli orare ꝓ populo iſto nec aſſumas ꝓ eis orōez. qz nō exaudiā te. Et Iere. xv. Si ſteterit moyſes et ſamuel coram me nō ē aia mea ad pplm iſtū. Jn vita ſpa. etiaz legit. Quidā frater patiebat moleſtiā a ſpū fornicatiōis. z abijt ſepe ad ſeniorē vt ꝓ ſe oraret. Cūq; frequēs orō ſenioꝝ non mutaret. dñs nocte oñdit ſenioꝝ negligētiā fratris eē in cā quare non exaudiret. vidit ſenior monachū ſedētē et ſpm̄ fornicatiōis i diuerſis formis mlierū ludentē apud ipm cū eiſq; delectari. vidit etiā angelum dñi aſtātē et g̃uit ꝓtra eūdē fratrē indignatum quia nō ſurgebat. nec ſternebat ſe i orōibus añ deū. ſz magis delectabat i cogitatiōib⁹ ſuis. Cognouit g ſenior culpā fratris eē q ipſe nō exaudiebat ꝓ eo. Et dixit fratri. i poſſibile ē a te diſcedere ſpm̄ fornicatiōis aliis ꝓ te orātibus. niſi tuipe laborē aſſumas. ieiunijs. orōib⁹ et vigilijs oras dñm cū gemitu. Audiēs frater ſermones ſenioꝝ ꝓpct⁹ eſt corde et p afflictionem corpis meruit mīam dei. ad qd idē refert qd legit ibidē q quidā frater dixit b. anthonio Ora ꝓ me pr̄. ad qd dixit anthoni⁹. ego nec tui miſerior nec de⁹ niſi ꝓ teipo ſollicit⁹ ſis i orōnibus. Qui em̄ ꝓ ſeipis nolūt orare ſiles ſunt cuidam q̄drigario cui⁹ q̄drīga cū cecidiſſz et ipe ſedens in luto a tranſcūtibus petijt adiutoriū. Quidam nobilis manum extendens vt ipſum iuuaret. Sed cum miſer nec vellet ſurgere. nec ad quadrigam leuandam manum attingere. ſed differebat receſſit nobilis indignans

dicens. Exquo tu miser nō iuuas te nec ego curo de te. Mozaliter iste quadrigari⁹ est quilibz hō ex aīa et corpe cōpositus. cui⁹ q̄drīga ē corpus ex q̄tuor elemētis cōpositum tanq̄ q̄tuor rotis. et hoc interdū cadit in lutum peccati luxurie vel gule. Qō videns spūs petit vt alij p eo orent. et eum sbleuent. sed qz nec p se orat. Nobilis ille homo xp̄s q̄ abijt in regionez longiuquā accipere sibi regnū q̄uis alias sibi apponeret manum sui auxilij. auxilium sbtrahit et ip̄m iacere in luto peccati pmittit. Quia ꝑm Augus. Qui te creauit sine te. nō te iustificabit sine te. Quartū est desiderij puitas. de quo dicit Aug⁹. Seruat tibi de⁹ qō non vult cito dare vt discas magna magis desiderare. Quātuz ad secundū articulū sbiūgit fiducia exauditio

Unis cum dicit. et accipietis. vbi nota hec fiducia datur nobis ex trib⁹. Primo ex dei ad nos pia dignatiōe que maxime relucet ex hoc q̄ ip̄e incitat ad orandū. z si dare vel exaudire nollet nullo modo ad petendū incitaret. dicit enim in p̄ncipio euāgelio. Si quid petieritis patrē in noīe meo. dabit vobis. Et itez Petite et accipietis Secundo hec pia dignatio relucet ex hoc vicz qz in orōne cōcessit se patrē nominādū. Matth vj. Sic orabitis. Pater noster qui es in celis. vult g̃ a nobis orari tanq̄ pater a filijs q̄ ē maxime dignationis. de quo Aug⁹. in ser. dominī in monte. Magna inq̄t p̄sumptio data est. qz p̄ us q̄ aliquid petimus tam magnū donū recipimus vt dicere pater noster audeam⁹. Quid enī filijs petētibus non dabit cū hoc añ dederit vt p̄ esset. gratia eius minime hoc a nobis exigit. vt pater noster sit. qō nullo sumptu comparī pōt Sed sola bona voluntate. Tertio hec dignatō ex hoc lucet q̄ deuote orātes extollit ad clarificandū. sicut hoc declaratur de quodā nobili. Nam legitur q̄ erāt duo germani nobiles. sed fide nobiliores. videntes mīras mūdi fallacias dixerunt. ecce pater noster magn⁹ fuit in auro seruis et ancillis. et tū mortuus est. eam⁹ et seruiamus deo q̄ nobis hec dona cōfert. que non deficiunt. et iuerunt ad quēdam abbatē. q̄ sanctus ab oībus dicebatur petētes ordinē. Sed abbas fratrum vsus cōsilio indixit eis vt irent ad heremū et ibi vno anno manerēt. victuz de operibus manuū q̄rentes. volens eos ꝓbare si in ꝓpositovellent pmanere. qui humiliter iussa exequentes ad locum sibi ostensum transiuerūt post annum reduxit abbas ad memoriam iporum petitionē. Et ait. vado et videbo si in ꝓposito perdurauerunt. et dum iuisset inuenit eos in orto laborātes. humiliter eosq̄ salutauit. et deuote eum receperunt. et nocte illa miuistrabant ei de his que habebant. Cum autem crederent abbatem dormire surgunt et ꝑm cōsuetudinem suam deuote orabant. Et post noctis medīū vidit abbas seniorē lucentem tāq̄ solez et angelos descendere ad eū z eleuare a terra adeo alte vt vix possit eū abbas videre. Ecce q̄ta dig̃tō dei erga deuote orātes extat vt adhuc in terra positos claritate corporis glorificauit Sup minorē vō vidit multitudinez demonum descendere in specie vmium qui volebant in os orantis intrare donec multitudinē demonū ef fugauit. Seniorem aūt angeli in locū p̄stinū reposuerunt. et lux mox recessit. facto mane festi nauerunt ambo ad cōfessionem et cognouit abbas q̄ senior duicerat potēter temptamēta demonum ac ꝑpter ip̄ius ꝓtēplationem eleuabat a terra vt recrearet de auditu angelice armonie. Juuenis vero adhuc non deuicerat sed viriliter resistebat. et accepit eos in congregationem qui deo seruientes multorum factores miraculorum existentes in domino q̄euerunt Sz d. a. exquo consurget hec paterna dignatō dei ad nos. dicunt doctores. q̄ consurgit ex affinitate nostre nature ad filium suuz vnigenitum qz caro et frater noster est. Sen. xxxvij. Qui in q̄ post q̄ a mortuis resurrexit apparens marie magdalene dignat⁹ est discipulos suos fratres noīare z dicere. vade ad frēs meos z dic eis ascendo ad p̄rem meū et ad p̄rem vr̄m. deū meū et deū vr̄m. Joh. xx. Accepta g̃ hac fiducia ꝺo p̄ri audem⁹ dicere. Pater nr̄ q̄ es in celis. vñ etiam ip̄e vnigenitus docet nos orare patrē in nomine ip̄ius dicens. Si q̄d petieritis patrē in noīe meo hoc attēdēs sctā mr̄ eccl̄a oēs orōes cōcludit. ꝓ dn̄m n. i. x. vel alias in noīe ei⁹. Se

x cundo fiducia orōnis datur exorātis debita intentione. q̄ quidē intētio debet triplici esse modificata circumstātia. videlicet vt sit pura con cors atq̄ recta. Primo debet esse pura. dicunt em̄ naturales saphir⁹ maxie orientalis q̄ ē purus et plucidus sup omnia sordes oculoz purgat. iuxta illud metriste. Tollet ex oculis sordes de fronte dolorem. Et vt dicit Hermes in honore exaltat corā rege et principibus gratificat. Mozaliter per saphirum orientalem purum et perlucidum intellige orationem. que debet esse orientalis. quia debet referri ad eum. de quo dicitur Zach. vj. Ecce vir oriens nomē eius. Et Luc. j. Visitauit nos oriens ex alto. vel debet esse de rebus. que semper oriuntur et nūq̄ moriuntur q̄tum ad petendoz honestatē. Jtē dēt esse pura et perlucida. q̄ autē oro fiat pura iuuant p̄ncipaliter duo. p̄mo tributio elemosinarum. Lu. xj. Date elemosinā z oia mūda erunt vob. iō 9r Thob. xij. Bona ē oro cū ieiunio et elemosina. Sup quo dic̄ Jsi. Qui ieiunio corp⁹

Sermo xviii

suū macerat dū miseriā assumit dei miam ꝓuocat. ⁊ sic oꝛōnē iuuat ⁊ purificat. Et qꝛ nō solū elemosina. sedꝛ ieiuniū oꝛōnē purā reddit ideo statutū fuit. ò cō. di. iij. c. rogatiōes. q ieiunādi sunt tres dies rogationū añ dñi ascensionē. Et q̄re hoc: qꝛ ex ieiunio xp̄ifideliū oꝛōes fierent puriozes ⁊ cito exaudibiliozes. qꝛ ſm aug̃. in ser. ij. de oc̄one. oc̄o pura celoꝝ altitudinez penetrat. et vsqꝫ ad cōspectū diuine maiestatis ascendit. iō b. Greg̃. in colla. quaz fecit romanis tpe pestis inguinarie dicit. Mutem⁹ g̃ cozda ⁊ p̄sumam⁹ nos iam ꝓcepisse qò petimus cit⁹ ad pietatem iudex flectit si a ꝓuitate sua petitoꝛ cozrigat. Sz. d. tñ non est ieiunandū tpe pasca li vsqꝫ a d penthecosten. vt hētur di. lxxvj. c. ieiunium. §. nō aūt. vbi ò⁹ a die resurrectiōis vsqꝫ i diē pēth̄. nō indicunt ieiunia ⁊ q̄e tūc dcm̄ est. q tres dies rogatōū sunt ieiunādi. ad hoc dicit glo. Bartho. bzixi. de ieiunio. q h̄ statuit non p̄cipitur. sed suadetur. nā tpe illo. s. rogationum queꝫ ꝓuincia abundat in suo sensu. vt dicit Hiero. lxxvj. di. c. vtinā. q. d. vbi est ꝓsuetudo q ille tres dies ieiunātur debent homies mozez in ieiunio obseruare. Sed vbi non ē seruetur voluntas ieiunantis. qꝛvt dicit Uuilhel. in rationali diuinoꝝ. li. vj. q hoc ieiunium nō est necessitatis. sed voluntatis. videt tñ hoc eē necessariū vt p ieiuniū triū diez hō fieret puri oꝛ. et oc̄o ei⁹ exaudibilioꝛ a ò. ideo cosonum ē et congruum vt his diebus homies ieiunarēt. Sz hic inciditvna dubitatō exquo p oꝛationez et ieiunium et elemosinam satisfacimus q offensis et peccatis. p̄cipue his tribus diebus rogationum que ista ꝝ est potioꝛ ad satisfactionez q peccatis ad mitigandū iram oīpotentis dei. ad hoc dixer̄t aliq q oꝛō eēt efficacioꝛ. Sz. s. Tho in iiij. di. xvij. diē q elemosina ē potioꝛ. qꝛ ic̄ludit in se ieiuniū et oꝛōnem. et hoc facit dupl'r. qꝛ elemosina hūc cui tribuit ꝓstituit ad oꝛāduz ieiunandū ⁊ alioꝝ bonoꝝ opez debitoꝛē. etiā qꝛ elemosina ꝓpter deū data est q̄si q̄dā oblatō deo facta. Nādic̄ pbs. iiij. ethi. Dona hñt sile aliqò dijs sacratis. oblatio autē deo facta vim habet oꝛōnis. idē etiā tenet Robertus hol. lec cciij. q elemosina ꝓtinet in se vtutē tā oꝛōis q̄ ieiunij. Et iō sicut aīa itellectiua ē nobilioꝛ sensitiua et vegetatiua quas vtualiter ꝓtinet. Ita elemosina efficacioꝛ est ad satisfaciēdū q̄ ieiunium. vel oꝛō de natura sua ceteris pibus. Scōz q iuuat puritatē oc̄onis est effusio lacrimarū. qꝛ lacrime lauāt delictum. vt dicit Crisō. de pe. di. j. mensurā. §. lauāt lacrime. Sz effusio lacrimarum. puenit ex ꝓsideratiōe culpaꝝ. iuxt̄ illō Isiō. pctōꝝ redargutō meroz̄ gignit. luct⁹ vomentē puriozē reddit. et sic valet ad hoc vt oc̄o exaudiat̄. iō dicit Aug⁹. Mūda tm̄ cubiculum cozdis intus est q exaudiet. Et sup illō ps. lxv Iniqtatē si aspexi i cozde meo nō exaudiet dñs dicit glo. Puritas oꝛōnis auditur. Et nota q hec pura oꝛō mlta bona facit hoi. ꝑmo purgat sozdes interioꝝ oculoꝝ. s. intellect⁹ ⁊ affect⁹ q̄tū ad puritatē. de q̄ dic̄ Bern̄. admonendū ē q̄ta puritate cozdis ꝑt intēdere in eū cui sacrificiū oꝛōnis offer̄t seip̄m intēdere q offert. itel ligereꝫ dēt q̄d offert. q̄tū em̄ valet vidit vl' intelligit illū cui offert tm̄ ei i affectu ē. sic̄ ſm lig na silue exardescet ignis. Ecc̄i. xxviij. Sic ſm diuersas meditatōes ò deo sequūtur diuerse affectiones. Secūdo oꝛō pura ꝓfirmat hoiem in bono p ꝓstātie stabilitatē sic̄ patz de pura oꝛōe anne vidue. q adeo ꝓstās ⁊ stabilis facta fuit. q non discedebat de templo ieiunijs oꝛōnib⁹ seruiens deo die ac nocte. Luce. ij. Ita ⁊ pura oꝛatio apostoloꝝ adeo fecit eos stabiles q erāt p seuerantes vnanimiter in oꝛationibus cum mulieribus et Maria matre ih̄u. Actu. j. Ex hoc trahe q hoies qui non p̄nt in eccleſijs manere per vnam missam in oꝛōnibus. q oꝛō eoꝝ non est pura nec deo accepta. et hoc fit coopatione diaboli. Sicut refert Grego. li. ij. dialogoꝛum de quodā monacho q̄ erat in oꝛdine s. Bñdicti qui non potuit in oꝛatione et choꝛo ꝓsistere. et multotiēs cozreptus ab abbate se non emendauit. sed semp instabilis fuit. et de choꝛo exiuit. Et ait abbas. nunqd videtis qs hūc monachū extrahat ab oꝛōne. dixit g̃ sanctus Bñdictus abbati ponciano et mauro vt oꝛarent deum vt eis reuelaret causam et impedimēta. et post bi duanas oꝛationes vidit. s. Maurus abbas q dictus monachus extrahebatur per vimbziaz vestimenti a quodā puulo ethiope. et finita oratione cum sanctus Benedictus egrederetur et vidisset dictum monachum extra oꝛatoꝛiū diuagari. percussit eum virga. et extunc in choꝛo mānsit. Sic sunt aliq adhuc instabiles in oꝛōib⁹ q nō possunt manere in eccleſijs dñicis dieb⁹ Sed vadunt ad tabernas agros et campos. cū tamen hr̄ent his diebus p̄ncipalit̄ oꝛare. p sctā matre eccl'ia. p omniūꝝ xp̄ianoꝝ defectib⁹ cōtra quos b. greg⁹ in colla. vbi s. Null⁹ nr̄m ad terrena opa ad agros exeat nullus qlibet negocium agere p̄sumat q̄tin⁹ ad sctē dei genitricis eccl'iam cōuenientes qꝛ sil'oēs peccauim⁹ sil' qꝫ oīes mala q̄ gessim⁹ deplozem⁹. vt district⁹ iudex dū culpas nos nostras penituisse cōsiderat ipe a sententia ꝓpositе damnationis pcat. Tertio oꝛatio pura exaltat hominem p desiderij sublimitatē. vt homovna hoza et momento sit in celo et in terra. ppt̄ q dic̄ Greg⁹. magna vtus oꝛōnis que in terra fusa in celo operatur

c Quarto gratificat eum apud suumuz regem et apud nobiles ꝓncipes. ſ. angelos et ſanctos ꝑ gratie amabilitatẽ. Sicut b. Martin⁹ moziẽs ſpm̃ ab oratione non ralaxabat gratus et amabilis deo factus eſt. Sic et b. Johannes in vtero matris ſanctificatus. qui ex aſſiduitate oraõi quã contraxerat in ſuis genubus. duriciã camelorꝫ gratificatus eſt ꝑ orationem. Quinto
7 oratio pura facit pacem et concordiã per amicicie familiaritatem. quia oratio figuratur per columbam quã emiſit noe de archa. Geñ. viij. que attulit ramũ oliue virentẽ. Super quo dic̃ glo. Oratõ eſt columba. ſ. ſpũſſancti que ramũ obtulit oliue dum pacem hominibus impetrat. Nam oratio vincit inimicos vt pacem habeãt. ideo dicit beatus Aug⁹. in ſer. ij. de oratione. Orationib⁹ liberamur non ſolum a vicijs ſed etiam a penis eternis orationib⁹ noſtri ꝓſternũtur inimici. et fideles deo efficiuntur amici. orationibus vincuntur temptamẽta diaboli z eterne beatitudinis dona acq̃runtur per orationes omnia nobis vtilia tribuũtur. et cuncta nob noxia ꝓcul effugantur. Secundo oratio debet eẽ concors. Nam intentio debet eſſe concors cuz vbis. ſ. oronis vt cum quolibet vbo oronis fit concors ſenſus orationis. vt dicit Hiero. de cõſe. diſ. v. Nunq̃. ideo Cipzianus dicit et ponit̃ de conſe. di. j. c. quando. Quando orationi icũbitur nequaq̃ tunc animus aliud cogitat quaz illud ſolum quod ꝓcatur. Et hugo de ſan. vi. ſepe inquit oramus. z alibi corde intendim⁹. nec ipm quod dicimus recolimus. Sed illam orationem deus non exaudit. cui ipſe qui orat nõ attendit. Sed hic oritur dubitatio vtrum ī oratio
Z ne vagatio mentis impediat vtutem orationiſ anteq̃ puenitur ad reſponſum queſtionis. Sciendum q̃ homo rarovel nunq̃ poteſt orationes ſuas complere ſine impedimẽto et extranea cogitatione. Nam diabolus nullum opus tñ conatur q̃tum deuotam orationem interrũpere. Nam legitur q̃ b. Bernardus quadam vice iumento inſidens cuidam ruſtico obuiãti. de cordis inſtabilitate in oratione ꝓqueſtus eſt. q̃ ille audiens mox eum deſpexit. et ī oronib⁹ cor firmum et ſtabile ſe habere dixit. volens autez beatus Bernardus eum conuincere dixit. Sequeſtrare pauliſper a nobis. et tota qua poteri intentione orationem dñicam inchoatam. quã cum ſine aliqua cordis euagatione finire poteris iumentũ meum ſine dubitatione habebis. Tu autem in fide tua mihi ſpondeas. q̃ ſi aliquid ibidem cogitaueris. hoc mihi nullatenus celabis. letatur ille et quaſi lucratus reputans audacter ſeceſſit. z ſeipm recolligens orationez dñicam dicere cepit. vix orationem dimidiam expleuit. et ecce importuna cogitatio cordi ſuo ſe ingerit vtrum ſellam habere debeat cũ iumẽto. Quod ille aduertens concito ad Bernardũ reuertens. et quid in oratione ipa cogitauerat. indicauit. et de ſe vt ꝓus temere non ꝓſumpſit his q̃ ꝓmiſſis or ad dubitationem ꝑm ſanctum Tho. ij. ij. q. lxxxiij. Si quis ex ꝓpoſito in oratione mente euagetur. peccatũ eſt et impedit orationis fructum. Et ꝓtra hoc dicit Aug⁹. ī regula. Pſalmis et himnis cum oretis deũ. hoc vſetur in corde qđ ꝓfertis ore. Euagatio vero que fit ꝓeter intentionem orationis fructũ nõ tollit. Et hoc eſt qđ Baſilius dicit in examerõ. Si debilitatus a peccato ſixe nequieris orare. q̃tum potes teipm exhibeas et deus ignoſcet. eo q̃ non ex negligẽtia. ſed ex fragilitate nõ potes vt oportet aſſiſtere coram deo. Tertio intentio orationis debet eſſe recta. et hoc tunc fit. qñ ad deum eſt erecta Exquo g̃ oratio eſt ꝑm Dã. aſcenſus mentis in deũ. oportet q̃ mens orando recto tramite tendat in deum. ꝓpter qđ dñs docens nos orare dicens. Pater noſter. adiunxit qui es in celis. docens nos ꝑ hoc vt cũ oramus mentes noſtras a terrenis abducamus et celeſtibus affigamus. vt dicit Crih. Et hoc remedium ꝓbiter ante ꝓfationem canonis dicit Surſum corda. et habetur de conſe. di. j. quando. ideo dicit Bern̄. cum ad orandum eccleſiaz intraueris fluctuantiũ cogitationum tumultuz exterius relinque curam exterius penitus obliuiſcere vt ſoli deo poſſis vacari. fiere eñ nõ poteſt vt cum deo aliquando loq̃tur qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur. intende illi qui intendit tibi. Audi illum loquentẽ tibi vt exaudiat te loquentem ſibi. Qualiter autem a ſordibus diuerſarum cogitationum et vagationum deputari debeat orantis intentõ. docet pulcre Johannes caſſian⁹ in li. colla. patrum. colla. x Iſaac abbatis dicens. vt ea puritate qua debz emitti poſſit oratio. hec ſunt nobis penitus obſeruanda. ꝓmo eñ ſollicitudo rerum eſt penit⁹ abſtinenda. ſecundo vt nullius negocij curam imo nec memoriam admittam⁹. tertio vt detractiones et vaniloquia et omnes ſcurrilitates ſimul amputemus. quarto ire et triſtie tribulatõ ſiue turbatio eſt funditus ruẽda. quinto vt vomitem carnalis concupiſcentie a corde noſtro radicitus euellamus. et ita q̃buſlibet vicijs penitus abſciſis. iacienda ſunt ꝓmum fundamẽta humilitatis que turrim illam ꝓcelſam celos penetrantem feruorem. ſ. et deuotionem orationis valeat ſuſtinere. deinde ſupponenda eſt vtutuz cõſtructõ. per quã mens ab omni euagatõe ire lubrica poſſit cohiberi. et ad contemplationez diuinam et exceſſus theoricos incipiat ſubli-

mari. Quicquid em̄ mens nostra ante oratiōez concepit necesse est vt nobis orātibus per recordationem occurrat. Quapropter qualesvolumus in orōne inueniri tales nos ante orōnis tempus p̄parare debemus. Tertio fiducia ex auditionis datur ex rei petite salubri ratione. Qui em̄ petunt pro remissione peccatoꝝ vel ꝓ quacunqꝫ causa salubri exaudiūtur. sicut patꝫ de niniuitis quibus minabatur dn̄s per Jonaꝫ ꝓphetam dicens. post quadraginta dies niniue subuertetur. Qd̄ illi audientes ad orationem se conuerterunt et exauditi fuerūt. Jone. iij. Ita susanna in sua tribulatlone flens aspexit in celum et orauit et exaudita fuit. Dani. xiij. Sed sunt pleriqꝫ qui petunt qd̄ est ꝯtra rationem salutis. et tunc deus pie non exaudit. quia illicite petunt. et sic sunt indigni exaudiri de illis dicit Jsi. Multi orātes non exaudiunt̄ ꝓuidet em̄ deus meliora dare q̄ peterent. Sic dauid non fuit exauditus. Nam legitur. ij. reg̃ xij ꝙ dominus percussit puerum quem dauid cum bersabee extra matrimonium peperit qd̄ videns dauid dep̄catus est dominū pro puero nec eum dominus exaudiuit. licet valde deuote oraret ieiunendo et se affligendo. qꝛ ꝓtunc non erat dignus. vt eum exaudiret ꝓpter peccatum adulterij et homicidij. Sic nec pueri in scolis qui ne vapulent deum orant exaudiūtur quia talis exauditio non esset eis ad ꝓfectum Sed etiam ecclesia non frequenter exaudit̄ petendo amotionem tribulationum. quia ꝓ quibus petit nō sunt digni exaudiri. ideo dicit tota trinitas. pater et filius et spūssanctus. Jsa. xxvj. Misereamur impio et non discet iusticiā quasi diceret. non. Unde sanctus Aug⁹. sermone. ij. de oratione dicit. tribus modis oratiōes impediūtur. Aut cum quis a deo petit qd̄ sue saluti resistit. vel cum orat et ab iniquitate nō cessat. aut in se delinquenti debita non relaxat qd̄ triplex malum dum a se vnusquisqꝫ studiosius absterserit securius studio orōnis incūbet. et ea que petit p̄cibus se impetrare libera mēte confidet. Unde legitur in legenda sancti Seruacij episcopi ꝙ tempore illo quo rnmor erat hunos in galliā venturos apud tungros beatus Seruacius oppidum vigilijs et oratiōib⁹ studuit. crebro lacrimaꝝ fonte dei implorans misericordiā ne vnq̄ gentem hanc incredulaꝫ sibiqꝫ semper indignam venire permitteret Sꝫ per spiritum sanctum sentiens peccata hominum sue petitioni repugnantia. romam petijt. sperans patrocinio beatorum apostolorum a deo exaudiri. veniens ergo ad limen beati Petri triduo se a cibo abstinuit. Cunqꝫ misericordiam dei sedule dep̄cari non cessaret. tale responsuꝫ a beato Petro fertur accepisse. Quid me vir sancte inquietas ecce deliberatione apud deum sanxitum est hunos in galliam venturos. nll'amqꝫ vrbem illesam futuram excepta vrbe metensi reliq̄as sancti Stephani martiris seruanti. Ecce ꝙ petitio sancti huius viri ꝓpter peccata populi non exaudita fuit. ideo debent homines vitam suam emendare vt orationes ecclesie et bonoruꝫ possint eis sbuenire

In diebus Rogationum Sermo.

Petite et dabitur vobis. Lu. xj. Natrat Solinus in li. de mirabi. mundi. ꝙ in India erat mons magnus et altus. et in illo erat fōs A de quo exibant riuuli aquarum ad irrigandaꝫ totam terram in circūitu. et si aliquando contingeret ꝙ terra ꝓpter ariditatem aqua indigeret. habitatores vallium miserunt ad mōtē pulcram puellam que coram fonte cantaret. ⁊ fons talis erat v̄tutis ꝙ statim ad vocem puelle riuos suos abundanter emanaret. et tantuꝫ terram q̄tum necesse erat irrigaret. Spūalit̄ mons iste significat celum. de quo dicit ps̄. lxvij. Mons dei mons pinguis. Et iterū mons in quo bene placituꝫ est deo habitare in eo. Et in ps̄. xxiij. Quis inquit ascendit in montē domini aut quis stabit in loco sancto eius? Et sequitur Innocens manibus. Jste mōs celi magnus est et altus. de eius magnitudine mirat̄ Bart. iij. dicens. O israel q̄ magna est domus dei. et ingens locus possessionis eius. De ipsius altitudine dicit dauid in ps̄. xc. Altissimum posuisti refugium tuum. Et ab hoc monte alto ipse deus solus altissimus nominatur in ps̄. lxxxij. Tu solus altissimus super omnem terram. Et Ecc̄i. xij. Altissimus odio habet peccatores. Et eodeꝫ c. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinam. in hoc quidem monte erat ab eterno. et est et erit in perpetuum fons benedictus sancte et indiuidue trinitatis. de quo scaturiunt riuuli spñalis vite et gratiaruꝫ continue exauditiōis et indulgentiaruꝫ propt̄ quod dauid loquens de monte celi dicit in ps̄ xxxv. Apud te est fons vite. aque istius fontis irrigant terram aridam cordis nostri ⁊ sine ea est anima nostra sicut terra arida. Juxta illud ps̄. cxlij. Anima mea sicut terra sine aqua tibi idcirco cum aqua gratiarum eius quotidie indigemus. et p̄ncipaliter quando pro totius ecclesie vtilitate et auersione pestium. et conſuatione frugum. et datione pluuiarum postulamus. mittere debemus adhunc montem celi

pulcram puellam. per hanc intellige orationē que debet esse ordinata cum virtute abstinētie seu ieiunij. seu cum virtute largitatis et elemosine. Nam his decorata v̄tutibus puella. hec est oratio. pulcra est et bona. Juxta illud Thobie. xij. Bona est oratio cum ieiunio et elemosina. Addas insuper ei vestem nigram humilitatis. Nam habito hoc decore ascendit montem sublimitatis et dulciter cantat ante fontē deitatis. et non descendet donec impetret hoc quod optat. et hoc testatur Sapiens. Ecc̄i. xxxv. Oratio humiliātis se nubes penetrat ⁊ donec ap̄ꝓpinquet ad deum consequendo effectū scilicet orationis non consolabitur. et non discedet donec aspiciat altissimus videlicet oculo misericordie et dominus non elongabitur. Ideo legitur Judith. vj. ꝙ filij israel cum tribularentur ab holoferne miserunt ad celi montem illam pulcram puellam. quia dicitur ibidē ꝙ adorauerunt ad dominum dicentes. Domine deus celi et terre intuere superbiam illoruz et respice ad humilitatem. et faciem sanctoruz tuorum attende et ostende. quia non derelinquis de te presumentes. Et sequit̄. c. xiij. ꝙ dominus misericorditer eos exaudiuit cum Judith caput holofernes amputauit Moraliter holofernes interpretatur infirmitas discretionis. et significat diabolum vel presertim om̄es hereticos vel alios malos homines ecclesiam dei tribulantes. vel etiam significat infirmitatem pestilentie ⁊c̄. Nam mali infirmam hn̄t discretionem. quando tribulant ecclesie sctē congregationem. cum ergo ab eis tribulamur vel forte timemus eorum inuasionem. et terre d̄ua stationem vel frugum anihilationem. Mittamus cum filijs israel orationem ad dominum pulcram ornatam abstinentia largitate et humilitate. et petamus vt oculo misericordie sue intueatur nostram humilitatem et inimicoruz elationem et faciem sanctoruz suorum quos in his tribus diebus spēaliter imploramus attēdat. et ꝓpter ip̄orum dignas nostrasq; īdignas orationes omnia mala anime et corporis benigne auertat. et tunc certe dominus gratiam sui auxilij et exauditionis nobis mittet. qui in p̄dictis verbis thematis ad orandum nos monet et instigat. cum dicit. petite et dabitur vob̄ in quo breuiter verbo duo tanguntur. primo petendi paterna exhortatio ibi. petite. secūdo largiendi benigna securatio. ibi. et dabitur vobis. Circa que notandum. licet pater carnalis hortatur pueros ad petendum. non tamē semper ꝓnus est ad tribuendum nisi petita eis videatur expedire. Sic pater celestis q̄uis monet nos petere attamen non semper vult tribuere. nisi quatuor conditiones orationis habeamus. Unde refert cōmentator iuuenalis. ꝙ oratio depingebatur ad modum hominis q̄ habuit corpus et caput versum ad celum imago vero hominis fulciebatur quatuor angl̄is. ⁊ q̄libet tenebat rotulam in manu eius. picture p̄me erat iste versus. Terre igni mari vento peto dominari. Secundus habuit hunc versum. Uir petosim presto. si plagas cominus esto. Tertius habuit. Cum precor accedo non postulor inde recedo. Quartus habuit. Adiuuo constanter non desero pugno libenter. Moraliter ꝙ imago orationis habuit corpus et caput aduersus celum significat̄ ꝙ petitor debz ponere in oratione sua spem in deum. Nā spes est iuxta fontem misericordie. ideo misericordie diuine beneficia non cessant ei influere. id̄o petit et sperans in domino potest orare cū ps̄ xxxij. Fiat misericordia tua domine super nos quēadmodum sperauimus in te. Orō em̄ cum spe liberat hominē a tribulatione. Sicut patz de Susanna que flens suspexit in celum ⁊ orauit. eratq; cor eius fiduciā habens in domino. ideo suscitauit dn̄s Danielem q̄ eam a tribulatione mortis liberauit. Danie. xiij. Patz etiaz de patribns antiquis de quibus ps̄. xxj. In te sperauerunt patres nostri. sperauerunt et liberasti eos. Deus em̄ cum sit summe bonus ⁊ misericors non minus vult miseros a miseria liberare q̄ ip̄i liberari. Nam Aug⁹. loquens de illo verbo Joh̄. xvj. Non inq̄t tm̄ hortaret̄ vt peteremus nisi dare vellet. Erubescat humana pigricia. plus vult ille dare q̄ nos accipere plus vult ille misereri q̄ nos a miseria liberari Ideo idem in libro confessionum. Domīe spes vna. vna fiducia. vna firma ꝓmissio. tua misericordia. dauid. dn̄e in tua mīa speraui. Sed nota post xp̄m spes nostra est bn̄dicta v̄go maria. qz in ea est oīs spes vie ⁊ veritatis. et om̄is spes vite et virtutis. Ecc̄i. xxiiij. ideo dicit. b. Bern̄. Securū habes o hō accessum ad deum vbi habes filium an̄ patrē et ante filiū matrē? Fili⁹ ostendit patri cicatrices ⁊ vulnera mater ostendit filio pect⁹ ⁊ vbera. nec vlla potest esse repulsa. vbi tot caritatis incurrunt insignia? q. d. non possunt petentib⁹ denegare qui ī spe volunt fiducialiter orare. Sz. d. a. Orōes nostras debem⁹ cū tota spe et fiducia ad deū dirigere. Nūq̄d possum⁹ etiā ad sctōs dirigere orōnes. petendo eos vt orent ꝓ nobis. Bn̄dit Tho. in. iiij. di. xv. ꝙ illud quod orando petimus est beata vita. vt dicit b. Aug⁹. qz omnia alia que petimus non petim⁹ nisi s̄m qd̄ ad beatam vitā ordinātur. vitam aūt beatā sol⁹ de⁹ habet dare. Sancti v̄o ꝓ nobis pn̄t cooperari

indignitas non facit sumentē reum corporis ⁊ sanguinis dñi impedit tñ fructum saltez in pte Si tamen talis defectus deuotionis tñ duraret q̄ non doleret de tali distractione et occupatione tpalium grauiter peccaret et indigne sumeret eucharistie sacramentū. Ex iaz dictis colligūtur tria signa per quē sacerdos pōt scire si indigne celebrat et vnusquisq; si indigne manducat. Primum si non curat ꝓsuetudinez circa hoc sacramentum obſuare vt de officio misse vel circa horas canonicas prius dicendas. Secundū si sacerdos in pctō vel volunta te peccādi p̄sumit celebrare. de quo dicit magister in glo. j. Thor. xj. Judicium sibi manducat et bibit qui in voluntate peccandi pmanet et in crimine est volens. Sed dicūt aliq; sacerdotes et etiā alij q̄ existētes in pctō possint licite accedere ad hoc sacramentū et mouentur ex tribus. Primo ex eo q̄ illud sacramentum est spūalis medicina. ḡ existentes in peccato mortali dñt ad illud sacramentū accedere sic̄ infirmus ad medicinam. Secundo mouētur ex dicto beati Amb. in li. de sacra. et ponitur de cōse. di. ij. Nō iste est vbi dicit. Iste panis quotidianus est accipe quotidie quod tibi quotidie, pdest. vbi b. Amb. nullum excipit. Tertio oñdunt per illud Joh. vj. Qui manducat me ipse viuet, ppter me. Et arguunt sic. Peccatores licite tangebant corpus xp̄i in propria forma et secuti sunt veniam maloz. vt Lu. vij. de peccatrice Maria. Et Mar. vj. ör. Quicunq; tetigerīt fimbriam vestimēti eius salui facti sūt igitur q̄libet peccator p̄t licite tangere corpus xp̄i siue sumere in sacramēto vt veniā pctōrum consequatur. ad illa faciliter rñdetur. Ad primum q̄ licet illud sacramentū sit spūalis medicina. tñ non, pdest nisi viuis vita gratie. Mortuis vero. i. in peccatis mortalibus existētib⁹ non, pdest. et hoc volunt Amb. et Aug⁹. Sic alimentum corpale non, pdest mortuis sed solū modo viuis. Sic illud vitale sacramentū ⁊ spūale alimentum non, pdest mortuis pctō mortali. sed solum viuis vita gr̄e et infirmis morbo peccati veniali. Ad secūdū ör q̄ b. Amb. vult dicere. q̄ ille est panis quotidianus et ille meretur panem illum quotidie accipe seu sumere qui viuit vita gr̄e et hēt vitā imaculataz. iō dic̄ sic. Viue bñ quotidie vt quotidie merearis accipere. Ad tertiū ör. q̄ saluator illud dictum intelligit de digne mānducātibus q̄ sine peccato mortali accedūt ad illud ineffabile sacr̄m. qui eñ cum pctō mortali accedūt iudicium sibi sumunt. Ad rōnem ör q̄ non est simile, de tactu corpis xp̄i in, pria specie et sumptione corporis in sacramēto Quia corpus xp̄i in sacro sumitur i signū spūalis vnionis cū xp̄o in, pria specie. iō exhibuit se pctōribus tangendū in, p pria specie. et iō ex hoc non cōtrahebāt crimē Sz ꝓsequebantur aīe sanitatē. vel p̄t dicere q̄ xp̄s in, pria specie gerebat silitudinez carnis peccati. iō cōuenienter se exhibuit pctōribus tangendū. Sic remota silitudine carnis p gloriam resurrectiōis se tāgi, phibuit a muliere q̄ defectum fidei circa ip̄m patiebatur. Joh. xx. Noli me tangere. nō eñ ascendi ad patrez meum. glo. in corde tuo. vt exponit Aug⁹. ⁊ tamē postea misit se tangi ab ea cum resurrectionez credidit. Sic nisi formata fide nemo potest licite ⁊ laudabiliter accedere ad corpis xp̄i sacramentum. Tertium signū est si nō curat ꝓsciam suam diligenter examinare. Si eñ aliq̄s defectum deuotionis in seipo repiret propter mentis distractionē quā patitur ex distractione tē poralium debet diligēter examinare ꝓscientiā suā an de illa distractione qua impeditur in deuotione sua doleat vel non. Si repit se dolere de tali licz sit indignus tñ non indigne accedit ad illud sacramentū. Si non repit se dolere de tali defectu deuotionis non solum est indign⁹ accedere. sed indigne accedit. Silr debet examinare ꝓscientiā suam an sit in aliquo peccato mortali. Et si nō inueniat se fore in aliquo pec cato mortali timere se tñ debet fore in aliquo peccato. quia potest in eo esse aliqd occultum peccatū super quo eum ꝓscientia non accusat. quia piaz mentiū est culpā timere vbi culpam non hñt. vt dicit Greg̃. dis. v. c. Ad eius. Et si tunc accedit ad sacr̄m q̄uis accedat cum aliquo defectu deuotionis et indignus non tamē accedit indigne. Quia dicit doctor Alanus in glo. j. Thorinth. xj. Aliud est indignus accedere. et aliud est indigne. vnde potest bene esse q̄ aliquis indignus accedit et sumat non tamen ex hoc peccabit. Sed quicunq; indigne accedit peccat. hec ille. Tertio quidam accipiunt aut manducant hoc sacramentum spiritualiter et sacramentaliter. vt qui accipiunt rem et sacramentum vt cōmunicantes in gratia et in illis pene omnia miracula que christus in mūdo fecit corporaliter hoc corpus christi facit spiritualiter. Primum miraculum quod xp̄us in mundo de virgine natus est. Sic eucharistia digne sumpta facit nos nasci ex deo spiritualiter. iuxta illud Joh. j. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. et Et beatus Johannes in p̄ma cano. ea. ij. Scitote quia omnis qui facit iusticiam. ex deo natus est. Et Origenes. Sicut inquit splendor nascitur ex sole. Sic iustus per singula opera bona ex deo

nascitur Nam natiuitas spūalis felicior est natiuitate christi. quia corpus nascentis separabatur a corpore genitricis. Sed in natiuitate nostra spirituali manem⁹ in deo et deus in nobis. sicut dicunt verba thematis. In me manz et ego in eo. quia ꝑm sanctum Tho. in. iiij. dis. xij. Proprius effectus eucharistie est conuersio hominis in deum. ideo dicit Augustin⁹ de verbis euangelij. Quid est christum manducare non est hoc solum in sacramento eius corp⁹ accipere. multi enī accipiunt indigne. glo. qui non sunt in corpore christi mistico sed in ipso manere. ſ. per gratiam et caritatē. et habere ipsum in se manentem. Secundum miraculum sicut christus nascens matri sue conseruauit integritatem. Sic eucharistia confuat in nob integritatem fidei et vtutum. Quia dicit Beda. q̄ omne donum celestis gratie sancta attribuitur eucharistia mediāte. Tertium miraculum q̄ claritas dei circumfulsit pastores. quia dicitur Lu. ij. q̄ impleti sunt dies Marie vt pareret z peperit filium suum ꝑmogenitum z statim claritas domini circumfulsit pastores. Sic

S postq̄ christus nascitur spiritualiter in corde hominis per condignam sumptionem statim lumen gratie et intelligentie animā circumfulget. et omnes vires anime vt rationalis acutior claret ad bonum eligendum et malum reꝓbandum. Juxta illud Isa. vij. Mel comedz vt sciat reꝓbare malum et eligere bonum. vbi per mel intelligitur christus. qui ꝑm Bern̄. est mel in ore et melos in aure. Item concupiscibilis fit feruentior ad bonum desiderandū. ira scibilis discretior et fortior ad malum detestandum. In cuius figura legitur. j. Reg̃. xiiij. Cū Jonathas quasi tota die contra Philisteos pugnasset fere ꝓe lassitudine non videbat. extenditq̄ summitatē virge quam in manu tenebat et intinxit in fauum mellis et conuertit manum suam ad os suum comeditq̄ et illuminati sunt oculi eius. Per Jonathā qui interꝑtatur columba pulcra intellige animam deo dilectā que ex penitētia fit candida et pulcra vt dicat sibi christus. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. scilicet mortalis culpe. Can. iiij. Hec pugnat ꝓtra Philisteos q̄ interꝑtātur cadentes et significant demones que de celo ceciderunt. Isa. xiiij. et Lu. x. et hec pugna durat vsq̄ ad vesperam. id est vsq̄ ad mortem. in qua quidem pugna anima lassatur. ideo recurrere debet ad refectionis sacramentum dulce super mel et fauum. tunc illuminantur oculi eius vt possit intelligere astutias diaboli et demonum et eis viriliter reluctari. Quartum q̄ angeli nato christo sunt ad laudandum deum excitati. et ad referendum gratiarū actiones. quia subito facta est cum angelo multitudo milicie celestis laudantium et dicentium Gloria in excelsis deo. Luce secundo. Sic quilibet homo post sumptionem corporis christi debet ad gratiarum actiones excitari. Juxta illud ps̄. xxj. Edent pauperes z saturabuntur et laudabunt dominum. quasi diceret. humiles et cōtēptores mundi edere hoc sacramentum sunt digni. in quo ostendit quales esse debeant vt ad mensam christi accedere ꝑsumant. videlicet humiles. z mūdi cōtemptores. xꝑm regem super omnia diligentes. et omnes affectus suos in ipsum ordinantes. ita vt nihil current et cupiant. nihil habere desiderant ꝓeter ipsum vel in ordine ad ipsum. Quintum miraculum q̄ stella perduxit tres magos ad ꝓesepe domini. qui tria mumera aurum thus z mirrham offerebant ei. Mathei. ij. Per stellaz intelligitur christus. quia ipse est stella matutina que dabitur. vt dicitur Apoca. iij. et hec T stella christus cum accipitur in sancta eucharistia adducit homini tres virtutes. scilicet mūdiciam cordis. sapientiam oris. et industriam orationis. mundiciam cordis offert aurum caritatis. dicens cum ps̄. xvij. Diligam te domine fortitudo mea. Sapientia oris offert thus deuote orationis. Juxta illud ps̄. cxl. Dirigatur domine oratio mea tē. Sed industria operationis offert castigationem corporis dicens cum Paulo. Castigo corpus meum et in seruitutem iterum redigo. j. Chorinth̄. ix. Sextum miraculum q̄ christus conuertit aquam in vinum in nuptijs. Joh̄. ij. Sic christus in nuptiis spiritualibus quando per sumptionem sui sanctissimi sacramenti anime vnitur. deuote conuertit aquam tribulationis in vinum dulcedinis et maxime consolationis. Quia dicit Bernardus in epistola ad cartu. q̄ nunq̄ maius in tota vita sua gaudium et refrigerium expertus fuit. q̄ cum in sumptione corporis z sanguinis christi feliciter degustauit Septimū miraculum q̄ christus in mari sedauit ventos Mathei. viij. Marci. iiij. Luce. viij. Sic corpus christi in corde homis quod est quasi mare feruens quod quiescere non potest. Isa. lvij Sedat quatuor ventos principales viciorum. scilicet superbie. auaricie. gule. et luxurie. Si eñ considerat homo q̄ immensus deus vniuit se humanitati humili formam serui accipiens. ad Philip. ij. et dignatur sub forma panis mo dica latere immensus deus vt in cruce pepēdit per superbiam certe eum dilatari pudebit. Si considerat eius immensa largitatis beneficia populo xp̃iano exhibita que ineffabilē ei ꝓfert

Sermo xxxiij

dignitatem ſm Auguſ. in hodierno ſer. vicz q̄ ſe nob totalr ꝓdonauit pctm̄ auaricie ſedabit Si autez conſiderat. q̄ de virgine mundiſſima natus eſt. et q̄ ipſe de mundo pane fit panis chriſti. abominabilis omnis luxuria fit illi. Si vero conſiderat q̄ chriſtus ſeipſum in cibum tradidit vite eterne. Juxta illud Ambro. li. de ſacra. Non eſt iſte panis qui vadit in corpus. ſed panis vite eterne qui anime nr̄e ſubſtantiā fulſit. de conſe. diſ. ij. c. Non eſt iſte. tunc vtiq̄ pudebit ſe ſuper cibum corruptibilem effunde re indeterminate et intempate. Sicq̄ iſte cibus regalis chriſti videlicet corpus ſedat hos qua
U tuor ventos peccatorum. Octauum miraculū ſicut chriſtus intrans in domum Zachee cōtulit ei gratiam ſatiſfaciendi et reſtituendi vt diceret. Ecce dimidium bonorum meorum do mine do paupe. et ſi quid aliquem defrauda. reddo quadru. Lu. xix. Sic euchariſtia dat penitenti gratiam ſatiſfaciendi pro peccatis. et proficiendi de virtute in virtutem. Jdeo. ij. regum. vj. dicitur q̄ dominus benedixit domui propter archam in qua erat manna Archa eſt corpus chriſti verum. in qua manna diuinitatis eſt occultatum et hoc q̄dem corpus chriſti ſi in domo cordis tui fuerit deus pater huic domui benedixit. et hec benedictio eſt pfectus vtutum. Quia dicit Bern̄. q̄ homo per corpus xp̄i fit manſuetior ad correptionem patientior ad laborem ardentior ad amorem ſagatior ad cautelam ad obedientiam promptior ad gratiarum actionem deuotior. Nouum miraculum. q̄ chriſtus eiecit demones ab obſeſſis. Nam Math̄. viij. legitur. q̄ expulit demones ab obſeſſis qui intrauerunt porcos. Et Math̄. ix. Obtulerunt ei hominem mutum habentez demonem. et eiecto demone locutus eſt mutus. et ſic in multis alijs locis. Sed quid p demones ſpiritualiter niſi peccata. iuxta illō Mar. vlt̄. vbi dominus legit̄ eiecisſe a maria magdalena vij. demonia. Qō exponit Greg⁹. in ome. Quid in septē demonijs niſi vniuerſa vicia deſignātur. hec q̄dem vicia eiecit euchariſtia. iuxta illud Amb̄. in li. de offi. Qui mādducat corpus chriſti fiet ei remiſſio peccatorum. Sed hoc intelligas p̄ncipaliter de peccatis venialibus que delentur per hoc ſacramentū vt dic̄ ſctūs Tho. in iiij. diſ. xij. Et ſb̄dit. non tn̄ oportet q̄ ſp oīa venialia deleātur ſed ſm menſurā deuotionis. poſſet tn̄ feruor tant⁹ eſſe q̄ oīa pctā venialia deleret. Sz nunq̄d eijcit vl̄ delet mortalia. rn̄det Tho. vbi. ſ. q̄ non. niſi oblita. et
X quorum q̄s nō bēt ꝓſciam. Si aūt q̄s inſtaret p hoc q̄ legit̄ in cōplenda de hocvenerabili ſacramento. Fit abluctio ſcelerū. dicit q̄ dupl̄r p̄t intelligi. ſ. vel q̄ ōr ſic crimia abluere inq̄tum ea impedit. vel de his q̄ non ſunt in hois conſcia Nam corpus xp̄i impedit ingreſſū peccatoz. et eſt contra temptationes hoſtiuz monimentum. Sicut em̄ caſtr̄ munitur triplicit̄ vicz victualiū abūdantia. amoruz copia. et militum cōſtantia. Sic hoc ſacr̄m dat aīe triplex munimētū. dat em̄ victus abūdantiā. ſic̄ optat dauid pſ. cxxj. Fiat pax in v. t. et abū. in turribus. Dat armoz copiā p arma itelligē vtutes que miniſtratvt patuit. Dat inſup milituz cuſtodiam. et hi milites ſunt angeli qui poſt cōſionem cuſtodiūt hoīes ne tam cito labātur in pctā. Sz. d. a. quō debeo me hr̄e vt poſſim hoc ſacr̄m digne ſumere. Ad hoc dicunt doc. q̄ hō debet ſpūaliter facere q̄ fecer̄t iudei corpalit̄. Primo em̄ iudei anteq̄ venerūt ad māna exierunt egiptū. Egiptus tenebre interp̄tat̄ et ſignificat tenebras vicioz quas debet p̄us hō exire qui vult digne hoc ſacr̄m ſumere. et comedere. Nam dicunt naturales. in tenebris oīm̄ſcibus comeſtus generat melancoliā que corp⁹ corrumpit. Sic et iſte cibus ſanct⁹ generat mētis corruptionē ſi fuerit in tenebris viciorum comeſtus. Exi ergo a tenebris t pulcri tudo cibi et color dabit tibi virtutem. Secundo filij i trauerunt mare rubrum. quid per mare niſi penitentia que videtur quaſi amara. hanc debēt intrare qui volunt euchariſtiam manducare. Et recte penitētia mare rubrum ōr ꝓpter amaritudinem ꝓtritionis. et ꝓpter liquorē effuſionis in lacrimis in quib⁹ hō vt filij iſrael de nouo baptizatur et renouatur in xp̄o. Tertio penitentia ōr mare ꝓpter pfunditatē diabolice ſb̄merſionis. Quia ſicut Pharao cū ſuo exercitu ſb̄merſi fuerunt in mare rubro. ita diabolus cum omnibus pompis ſuis ſb̄mergitur in penitentie exercitio et mens aſſecuratur. de celeſti regno. Jn cuius pceſſu gratia precedit
P in die proſperitatis. per nubem refrigeratiōis et in nocte aduerſitatis. per columnam ignis diuine dilectionis. et omnes reges aduerſantes conuertit in fugam Tertio debet contemnere omne terrenum ei. cum filijs iſrael intrare deſertum. Quia dicit Caſſianus li. collationum. Jmpoſſibile quippe eſt eum qui facultatibus innititur huius ſeculi in his que dei ſunt aliqualiter delectari. et quia tria ſunt per que homo ſolet alligari mundo ſcilicet. amor poſſeſſionis. voluptas carnis. et cupiditas honoris. Juxta illud. j. Johan. ij. Omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis aut ꝓcupiſcētia oculoz. aut ſupbia vite. ꝓpter qō ad hec deſerenda dixit Moyſes filijs iſrael. Jbimus viam trium dierum per ſolitudinem.

vt imolemus domino deo nostro. Exo.iij. ad significandum q̄ hec tria sunt penitus dimittē da quasi tres dies mundi que lucent vniuerso orbi. Quarto debet cōuertere amaritudinem sue crucis et passionis in oblectamentū. z hoc figuratum fuit in filijs israel qui venerunt in marath ad potum amarissimum quem cuz pre amaritudine sumere non possent. iussit deus illuc mittere lignum et conuerse sunt aque in dulcedinem Exo.xv. Sic et tu si angariaris in penitentia et abstinentia et bonorum operum frequentia mitte lignum crucis in memoriaz tuā et statim reuertentur tibi in dulcedinem. Naz vbi crux xp̄i ibi et xp̄s. quia ipse est vera crux viuens et preciosa quam adoramus quam desideramus in qua satiamur. vnde Aug⁹. li. sol. c. xij. Hoc inquit scio domine deus meus vbicunq̄z sum sine te malum mihi est preter te non solum extra me sed in me. Et omnis copia que deus meus nō est egestas mihi est. satiabor cū apparuerit gloria tua Quarto quidaz nec mā ducant sacramentaliter nec spūaliter. vt q̄ nec rem nec sacramentum accipiūt. vt sunt q̄dam sacerdotes qui nunq̄ vel raro celebrant. vel hoc sacramētum manducant. nec se ad hoc vt spūaliter manducent preparāt z dicunt q̄ possunt se licite abstinere a sacramēti celebratiōe Contra quos dicit Merkelinus in tractutu ō instructione sūpliciū sacerdotum. c. xcv. Si sacerdos legittimum impedimentū non habēs posset licite a celebratione misse abstinere. tūc sacerdos q̄tumcunq̄z sanct⁹ posset semp a celebratione abstinere. cum non sit maior ratio quare sacerdos non impeditus rōnabiliē posset. p vna abstinere die q̄. p alijs. et quia nō potest licite semp abstinere. videtur q̄ sacerdos non rōnabiliter impeditus non pōt sine culpa a celebratione misse abstinere. Quia dic̄ Greg̃ in omel. Cum crescunt dona crescunt et rōnes donoz. Et cum sacerdoti donum nobilissimū sit a deo datum videlicet ptās consecrandi panem in corpus et vinum in sanguinē domi nr̄i ihu christi merito negligentie reus erit Si ista non vtitur ptāte ad honorem dei salutemq̄z suam et aliorum viuoz atq̄z mortuorum vtilitatem. Fm illud. j. Pe. iiij. Unusquisq̄z sic̄ accipit gratiam. s. a domino liberaliter in alterutrum illam administrātes. s. alijs cōmunicando gratis sic̄ boni dispensatores. Exquo patz q̄ male dicunt qui excusant sacerdotem a peccato q̄ sine rōnabili impedimento dimittit misse celebrationem vbi populum habeat sibi subiectuz et cōmissum vel ex obedientia tenetur celebrare. cuz iuxta illud Math̄. xxvj. et Lu. xx. Hoc facite in meam cōmemorationē p̄cipitur sacerdotibus celebrare si non habuerint rōnabile impedimentū. vt quidā magni doc. tradiderunt. Sed contra hoc q̄dam sic arguunt Sacerdos accipit a xp̄o maximam potestatē videlicz absoluendi. Math̄. xvj. et Joh̄. xx. Similiter baptisandi. Mar. vl. et populum docendo a quibus potest licite abstinere. Si nō tenetur ex obedientia vel rōne beneficij. ergo celebrare p̄t etiam sine culpa et licite abstinere a celebratiō ne. Preterea in vitaspa. legitur. q̄ quidaz sanctus pater in sacerdotē ordinatus nunq̄ celebrauit Siliter apostoli raro leguntur celebrasse. ergo a simili videtur q̄ sacerdos quandovoluerit potest licite a celebratione abstinere Ad p̄mum dicitur q̄ non est simile de alijs actib⁹ pro quibus exercendis sacerdos a deo recipit potestatem et de celebratione. nam alij actus sicut est baptizare absoluere docere sic p̄tinēt ad corpus misticuz q̄ si sacerdos non tenetur ad eos exercendos vel ex p̄latura vel ex obedientia potest ab illis actibus licite abstinere nisi in necessitate quia tūc obligaretur baptizare soluere et docere eucharistiāq̄z ministrare nisi aliquis istoz ab ecclesia esset interdictus. sic religiosis mendicātibus p̄cipitur ne sine licentia curati sacramētum alicui cōferre p̄sumunt vt in clemen. de p̄uil. et excess. p̄uilegiatorum. Religiosi qui clericis vel laicis sacramentum vnctionis extreme et eucharistie ministrare vel mrimonia solennizare p̄sumpserint excōmūicationis incurrāt sententiā ipso facto dūtaxat per sedem ap̄licam absoluēdi. hec ibi. Celebrare vero ideo tenetur sacerdos vt deo sacrificium reddat etiam si nulli hominū teneatur Ad secundū de illo patre sancto qui nunq̄ celebrauit ōr. q̄ hoc fecit ex singulari instinctu spūssācti. et ideo celebrare non debuit. quia dic̄ Urbanus papa. Qui lege p̄uata ducitur nulla rō exigit vt a publica lege cōstringatur. xix. q. ij. c. Due. Et ōr ibidem q̄ lex p̄uata est que īstinctu spūssancti in corde scribitur Et per hoc p̄t responderi ad illud de apostolis q̄ nūq̄ obmiserunt celebrare nisi rōnabiliter impediti et ex spūssancti instinctu spāli. In p̄mitiua enim ecclesia raro misse celebrabātur q̄ apostoli instinctu spūssancti magis circa doctrinam fidei et conuersionē infidelium q̄ circa celebrationem missarum insistebant. Sed postq̄ per doctrinā fidei fideles fuerant instructi tanta fuit deuotio fidelium q̄ oīi die sacramentū acceperūt de manibus apostoloz vel alioz deotoz sacerdotum. Quia apostoli p̄us populum docebant et baptizabant. et sic hostiam salutarem offerebāt et populo ministrabant. Sicut factū legitur Actu. ij. Ipso die penth̄. quādo multi

receperunt sermonem sancti Pe. apostoli. et baptizati sunt et numero fideliuz sunt appositi circiter tria milia hominũ. Et post hoc erãt pseuerantes in doctrina apostolorum et cõmunicatione fractionis panis Qõ exponit magister hic. dupliciter. vno modo de cõmunicatione fractionis panis quotidiani qz singulis diebus ab apostolis frangebatur. nihil em̃ hẽbãt proprium. Sed ꝓdia vendebant et posuerunt precia ante pedes apostolorꝫ qui singulis diebus mane ascendebant in templũ ad orõnem postea redeũtes singuli panem distribuebant ꝓut opus erat. Alio modo exponit de cõmunicatione frationis panis eucharistie quia in primitiua ecclesia crebro vnanimiter cõueniebãt ad percipiendam eucharistiã. ꝛ ille modus seruabatur adhuc tempe Anacleti pape qui fuit quartus post beatum Petrum. qui ait. Peracta consecratione omnes cõmunicent qui nolunt ecclesiasticis carere liminibus. Sic em̃ et apostoli docuerunt et sancta romana ecclesia tenet. de conse. di. ij. c. Peracta. Ex iaz dictis colligitur et arguit̃ etiã negligẽtia quorundaz laicorum qui nunꝗ vel saltem semel in ãno ex mãdato eccie ñ sumũt hoc venerabile sacramẽtum ne ecclesiastica careãt sepultura. extra de pe. et remis. c. Omnis. Et isti ximere hñt istud verbum dñicum. Nisi manducaueritis carnez filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Joh. vj. et hoc ĩtellige. nisi statuto tempe manducent carnem filij hominis et bibant eius sanguinẽ non sb̃ ꝓprio signo sed sub spẽbus panis sub quibus est verum corpus xp̃i et sanguis verus. q innuit sacerdos cum porrigit eucharistiã sub vna spẽ scilicet panis fm̃ sctm̃ Tho. Corpus et sãguis domi nostri ihu̇ christi ꝓficiat tibi in vitã eternam. Et idẽ dicit q laicis debet dare simplex vinum non consecratum vel aqua ꝓ ablutione non tamen ꝓpter misterium aliquod. sed vt lauentur ora sumentium ne remaneãt alique reliquie eucharistie infra dentes. Et dans tale vinum potest dicere. In nomine domi nostri ihu̇ xp̃i amen. Et dico notanter. nisi manducent tẽ pore statuto. quia potest q̃libet laicus interdũ a cõmunione ad tempus abstinere Quia dicit Tho. de argen. in compen. theo. ve. li. vj. Qõ abstinent quidam ꝓpter culpam ꝓpriam. et alii qui sine culpa mortali. Sed ꝓpter sacramenti reuerentiã. sicut qui se sentiunt minus mũdos mente vel carne vel etiam deuotos et isti bene faciunt dũmodo possent iuste et sine scandalo aliorum supsedere. vnde vbi non instat necessitas cõsulendũ est talibus vt de cõmunione expectent quousqz parati et deuoti ac circumspecti possint accedere. nulla tamẽ necessitas debet compellere vt quis in pctõ mortali cõmunicet. hec ille. Sed nota q illa verba superius allegata. nisi manducaueritis carnem filij hominis ꝛc. sunt spũaliter intelligenda. ideo Hugo postillator sup Joh. sic exponit. Nisi mãducaueritis carnem filij hominis ꝛc. i. nisi vniti fueritis per caritatem filio dei. qui est filꝰ hominis scilicet marie. non habebitis vitã in vob quia membra sepata a corpe non possunt viuere. Et sic hanc autoritatẽ expresse doctores super. iiij. sententiaꝝ. di. ix. generaliter ad sensũ predictũ exponunt. Sed econtra quidam heretici pernicioſi verba hec litteraliter accipiẽtes dixerunt necesse fore populum laicalem sb̃ duplici specie cõmunicari debere. qõ tamẽ nõ est necesse. Et talis cõmunicatio laicalis sb̃ duplici specie illicita est. Sicut ꝓbatur. quia ẽ cõtra scripturam figuram et naturã. Qõ enim ẽ contra scripturam ꝓbatur Joh. vj. vbi dominus dicit. Hic est panis de celo descendens vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur Ego sum panis viuus qui de celo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternuz Et itez Panis quẽ ego dabo caro mea ẽ ꝓ mũdi vita. Ecce facit solũ mẽtionem de pane dãs intelligere manducationem sufficere sub vna specie tm̃ ꝓ vita eterna capescenda. Et Lu. xv. legitur q pater occidit filio perdito et reinuento vitulum saginatum per quẽ xps intelligitur ꝓpter gratie pinguedinem vbi nulla fit mẽtio de bibitione. Qõ autem est contra figuram dicit magister in. iiij. di. viij. c. j. q quatuor sũt figure eucharistiam figurãtes. s. sacrificiũ melchisedech. agnus pascalis. manna. sanguis et aqua. que de latere christi fluxerunt. Quo ad sacrificium melchisedech dicit huius sacramẽti ritum melchisedech designauit vbi panem et vinum Abrahe obtulit. Genes. xiiij. Ubi innuitur q solum sacrificantes debent sub duplici specie eucharistiam percipe. quia dicit Amb. super illud Math. xxvj. Accipite et comedite xps suis discipulis obtulit in cena. qõ melchisedech repsentauit in figura. ideo dicit Alexãder de halis in scripto suo super Joh. Qõ solus sacerdos cõicat corpe et sanguine. reliqui vero non consecrãtes tm̃ corpe. Sacerdotes aũt non consecrãtes debent cõicari sub vna tãtum specie et debet humiliter quilibet petere. j. Reg. ij. Dimitte me obsecro ad vnam ptẽ sacerdotalem vt comedã buccellam panis. Sic beatus Hiero. sacramentũ eucharistie sub spẽ panis tm̃ accepit. vt dicit Eusebius. Sic etiaz ipse Eusebiꝰ accepit in extremis. vt de eo scribit Cirillus in epla ad Augm̃. hoc modo cõmu-

nicauit beatum Aug̃. de manibus honozij ep̃i Sic etiã dr de imolatione agni paschalis. Exo. xij. vbi nulla mentio fit de potatiõe. Sic et de mãna. Exo. xvj. Qd aũt est ꝓtra naturam. ꝓbatur. quia reperiũtur aliqui homines q̃ ex natura non ꝑñt bibere vinum vel etiã odozare. ꝛ per ꝙsequens etiã nec sub spẽbus vini cõicare ideo dicit Alexander de halis. in. iiij. pte sue sũme. Quia xp̃us integre accipitur sub vtraq; specie sufficit xp̃m sumere sub spẽ panis tantũ Sed d. a. tñ videtur q̃ fideles non dñt sumere corpus xp̃i sine sanguine. Quia dicit Helasius papa. de ꝙse. di. ij. c. Comperim⁹. q̃ qdaz sumpta tantũmõ corpis sacri portione a calice sacrati cruoris abstinent qui ꝑculdubio qñ nescio qua supstitione docentur astringi aut integra sacramenta ꝓcipi. aut ab integris arceant quia diuisio vnius eiusdẽq; misterij sine grãdi sacrilegio nõ põt peruenire. rñdetur q̃ ille canon loq̃tur de conficiente scilicet sacerdote. q̃ si ꝙficeret et sanguinẽ non sumeret a cõione ꝑ integrum annum repelleret ꝑm rigorez iuris. Aliter rñdetur ꝑm sanctũ Tho. pte. vl. q. lxxx arẽ. xij. q̃ circa vsuz sacri duo possunt considerari. vnum ex pte ipius sacramẽti. aliud ex pte sumentium. Ex pte qdam sacramẽti cõuenit q̃ vtrũq; sumatur videlicet corpus et sanguis qz in vtroq; consistit ꝓfectio sacramenti. ꝛ ido qz ad sacerdotem ptinet hoc ꝙsecrare sacr̃m et ꝑficere. nullo mõ debet corpus xp̃i sumere sine sanguine. Ex pte aũt sumentium requirit summa reuerẽtia et cautela ne aliquid accidat qõ vergat in iniuriã tãti misterij qõ ꝓcipue posset accidere in sanguis sumptione qui dum incaute sumeretur de facili posset effundi. Et qz crescente multitudine populi xp̃iani in qua cõtinentur senes et iuuenes quoz; qdam nõ sunt tante discretionis vt cautelã debitam circa vsũ huius sacramẽti adhiberẽt. ideo. puide obꝛuatur vt populo laicali sanguis non detur sumẽdus. Sed solum a sacerdote sumatur. Sz d. a. nunq̃d salubre sit quotidie celebrãdum vel cõicandum. obmissis ꝯ argumẽtis dicit Bonauẽ. in ꝑncipali. ij. q. ij. Si aliqs videat se esse in statu ꝑmitiue eccl̃ie laudandum est quotidie celebrare et cõicare. Si aũt i statu finalis eccl̃esie vtpute frigidus et tardus consulendum est vt raro. Si aũt medio modo se habet debet se habere medio mõ. et aliquando debet cessare vt discat reuereri et aliqñ accedere vt inflãmetur in amoze. quia tali hospiti debetur honoz et amoz. Et sb̃dit omnes rões que videtur sonare ad quotidianam cõionem intelligũtur saluo ꝑparatione que in paucissimis est vt semp. vñ credo q̃ maiorem efficaciam recipit hõ in vna missa vel cõione cum bona ꝑparatione q̃ i multis si nõ ꝑpararet se diligenter. Et sb̃dit. Utq; eñ dabit gloziaz deo. et qui manducat cum reuerentia et qui ex reuerentia dimittit.

Dominica pma post festum sancte trinitatis. Sermo.

Homo quídaz erat diues qui induebatur purpura et bisso et epulabatur quotidie splendide. Ita scribitur Lu. xvj. Narrat Fulgentius et Homerus in scrutillario poetaruz A q̃ status diuitiaꝝ depingebatur vt mulier vaga cozonaz hñs in capite oculis velata sceptꝝ regale tenens in manu pauonem hñs vestimẽtis varijs induta sedens in curru quem trahebant quatuoz leones. Mozaliter per pmũ. s. mulierem vagam diuitiarum foztune instabilitas designatur. quia sicut mulier inconstans multos habet amatozes. quos tamen non diu amat. Sic diuitie nunc vni cito alteri coniunguntur. et tñ in fine vtrũq; derelinquũt. ido dicit Aris. viij. Ethi. Quãto maioz foztuna tãto minus secura. Et Egesippus dicit poete foztunam in cauda serpentis locauerunt tanq̃ per hoc intendentes demõstrare q̃ foztuna in fine venenoso acumine ledit. quos ꝑus in vita tam dulciter delectabatur. Per secundũ. s. cozonã in capite. datur intelligi q̃ diuites volunt bonozari. Juxta illud Phi. iiij. ethi. Potentatus et diuitie ꝓpter honozem delectabilia sunt hñtes etiam ipa bonozari volunt ꝓpter ipa. Per tertium vo q̃ erat oculis velata inuitur q̃ ois diues auarus cecus est non ꝑuidens mala que sibi iminent. et hec cecitas figurata est in cecitate ceci nati Job. ix. quia dñs volens illumia re eum liniuit oculos eius luto insinnans esse causam cecitatis illius lutum istoꝝ tempaliũ de hac cecitate legit Thob. ij. q̃ Thobias fuit excecatus stercoribus hirundinum calidis que super oculos eius cecidernnt. hirundo eñ garrula et depicta felicitatem designat huius mũdi que est quedã pulcritudo depicta et tumultuosa que calida stercoza ꝓjcit super oculos cordis. i. tempalia ista vt deum non videant. quia dicit glo. super illo verbo ps̃. v. Mane astabo tibi et videbo. deum non videt q̃ tẽporalibus adheret. Per quartũ vo q̃ sceptrũ tenet in manu. figuratur q̃ diuitijs obediunt omnia sicut et regi sceptrum tenenti. Juxta illud Eccs. x. Pecunie ob ediũt omnia. Per qntum q̃ pauonem habet in manu qui dum caudam eleuat anteriora ornat et posteriora detur

dens negare restituit. et accepta vigella vt prius vigellauit. Et dives vxori. Ecce inquit Rubinus iterum cantat et seriem ei enarrauit.
Ideo notanter in cantu suo dixit Maria Lu. j. Esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Illud est inane quod apparet esse repletum et est vacuum. ita diuites videntur exterius sine metu. sine turbatione. et sine sollicitudine. et tamen interius sunt tristicia pleni et timore. Ideo dicit Sene. Quisquis inqt volet agere tutam vitam ista viscata beneficia deuitet. et per beneficia viscata intelligit bona temporalia. quia ſm Augustinum. bona temporalia sunt bona viscata. Et beatus Grego. Nihil enim periculosius et laboriosius q̃ terrenis desideriis estuare. nihil quietius q̃ in hoc mundo nihil appetere. Tertio diuitie iste
f temporales repellunt vnitatem ab affectione. causant enim inuidias et turbationes bella rixas et discordias. vt Seneſ. xiij. de Abrahaz et Loth consanguineo suo. de quibus dicitur. Erat enim substantia eorum mlta et nõ q̃rebãt habitare cõmuniter. ideo diuitie sunt paruipẽ dende. Juxta illud Cathonis. Despice diuitias si vis animo esse beatus. Et Sene. epistola xviij. Nemo alius est deo dignus nisi qui contempserit diuitias seu opes. Qui autem voluerit eas contemnere debet attendere q̃ nihil secuz in hunc mundũ portauit nec quicquã secum asportabit. Ideo dicit Ambrosius. et hẽt xlvij. dis. c. Sicut hi. Diuitias nihil sic facit contemni sicut recordatio pauperis finisz p̃n cipij. Sed nota q̃ diuitie sunt sic contemnẽde. q̃ non sunt nimium amande. nisi quo ad vsum Ideo dicit beatus Hieronimus. xij. q. j. duo. Laicis inquit licet temporalia possidere. Sed non nisi ad vsum. nihil enim miserius q̃ propẽ nummum contemnere deum. Et di. xxx. c. hoc scripsimus. dicitur. Non est peccatum habere diuitias si assunt bona opera. Innocen. etiam de vi. bu. condi. li. ij. c. xj. Ceterũ inquit Abraham dives fuit. Job locuples. Dauid opulentus. et tamen de Abraham dicit scriptura. credidit Abraham et reputatum est ei ad iusticiã Sene. xv. de Job dicitur. Non erat similis illi in terra. c. j. De Dauid. Inuenit dominus virum ſm cor suum. Ac isti fuerunt quasi nl̃ habentes et omnia possidentes. Nos autem sumus omnia possidentes et quasi nihil habẽtes Juxta illud pſ. xxxiij. Diuites egerunt z esurierunt. hec ille. Et de christo dicit Augustinꝰ c. habebat. xij. q. j. habebat dominus loculos a fidelibus oblata conseruans et suorum necessitatibus alijsq; indigẽtibus tribuebat. Secunde diuitie sunt spirituales et virtuose. z bene
1 sunt gratie et operationes virtutuz et boni mores. de his diuitijs dicit Gregorius omel. xv. super illud Lu. viij. Exijt qui seminat zc. diuitie vere sunt que nos virtutibus diuites efficiunt. Si ergo fratres diuites esse cupitis veras diuitias amate. Si culmen veri honoris queritis ad celeste regnum tendite. Si gloriam dignitatis diligitis in illa superna angelorum societate asscribi festinate. Ad has etiam diuitias cumulandas hortatur apostolus. j. ad Thimoth. vj. Diuitibus autem huius seculi precipe non sublime sapere. idest non per superbiaz eleuari nec sperare in incerto diuitiarum sed licet ponendo finem in eis. quasi diceret. Sed precipe diuitibus bene agere. diuites fieri in operibus bonis. facile tribuere. cõmũicare. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuruz vt apprehendant veram vitam. Sed nota bomines qui sunt diuites in his spũalibus diuitiis induuntur purpura et bisso et epulanꝫ quotidie splendide. Quid per purpuram nisi splendor caritatis sine qua alie virtutes nihil prosunt. Quia dicit Thomas de argen. in compẽ theo. veri. li. v. Caritas est bonorum principium quia a deo ipsa est et bonorum medium. qz propter deum. vel aliter. Caritas dicitur bone operationis p̃ncipium quia manet ad illud iuxta illud Gregorij. Caritas opatur magna si est dicitur et medium quia opera informat. dicitur quoq; finis. quia opera dirigit. et ad finem debitum perducit. Et subdit quomodo caritas dicitur finis. Sciendum q̃ finis ẽ triplex consumptionis. consumationis. et terminatio finis. Primo caritas dicitur finis peccatorum. quia ipsa consumit. Secundo modo est finis p̃ceptorum. quia illa scilicet perficit. Tertõ modo quia ipse deus qui est vita eterna est finis nostri laboris. Sed ipsa vita eterna debet esse terminus in quo quiescitur. caritas ꝺr forma virtutum. Primo quia mouet omnes v̊tutes ad opera exteriora. per que perficiunt virtutes et merentur augeri. Secundo modo q̃a omnes virtutes mouentur ad finem caritatis scilicet ad bonum. caritas enim habet bonum pro fine et obiecto. Alie autem virtutes habẽt bonum non pro obiecto. sed pro fine tantum. et ille finis virtutum perfectionem denotat. Tertio quia caritas augmentat v̊tutum delectationem. et tollit fastidium et alleuiat onera propter ipsius desiderium. Quarto. quia replet animam et perficit non quidem inesse nature sed inesse gratuito et meritorio. hec ille. iõ necesse est vt homines in virtutibus diuites fiant. q̃ purpuram caritatis habeant. quia dic̃ Augustinus in quodam sermone de caritate.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Caritas est dulce et salubre vinculum sine qua diues pauper et in qua pauper diues est. Sed
b quid per bissum primo iusticia. quia dicitur de sponsa agni. Apoca. xix. Venerit nuptie agni et uxor eius scilicet fidelis anima preparauit se et datum est illi vt cooperiat se bissino splendenti et candido. Et exponit quid sit bissus. Bissini enim sunt iustificationes sanctorum. hec vestis alba iusticie hominem diuitem in virtutibus exaltat. Juxta illud Eccl. xx. Qui opatur iusticiam ille exaltabitur. Et Prouerbio. xiiij. Justicia eleuat egentem. Econtra vero dicitur de quibusdam in ps. cvj. Propter enim iniustitias suas humiliati sunt. Secundo per bissum intelligitur virginitas. Juxta illud Prouerb. xxxj. Bissus et purpura indumentum eius et p̄cipue debent pollere virginitate qui verevolūt diuites esse in virtute. Quia ꝫm Ambrosium. li de virginitate. Virginitas est extirpatrix vitiorum et auctrix sola spiritualium meritorum. Sed quid per quotidianam epulationez certe conscientie intellige iugem iubilationem. Naz conscientia exonerata vitijs et repleta virtutibus semper est leta et delectabiliter viuit sicut homines in conuiuio quotidiano. Juxta illud Sapientis. Secura mens quasi iuge cōuiuiuz Et cor gaudēs in bona conscientia ꝫm intellectum exhilaret faciez scilicet exteriorem. Pro
I uerbi. xv. Tertie diuitie sunt eternales et glorioſe. in istis enim perpetuitas sine transitiōe. securitas sine fatigatione. iocunditas sine affectione. societas sine defectione. de quib⁹ i ps. cxj. Gloria et diuitie in domo eius. Et in alio ps. xxxvj. Spera in domīo et fac bonitatem et pasceris in diuitijs eius. de istis diuitijs dicit magister Albertus he sunt preclare diuitie indefectibilesqz thesauri que ditant animā mentemqz perficiunt et omnem congeriez continēt dignitatum. he sunt opes non terrene sed supne quibus non incolatur humana possessio. nō mundana facultas hētur. quibus non pferunt arua tribulos. nec campi spinas tribuunt. nec preciosa gignunt tineas. nec depositā timent fures. nec dormientium curant somnia. nec vigilias cogitata perducunt. Sed omnium quietum afferunt plenitudinem cum diues de⁹ possidetur. hec Albertus. Illi diuites induunt velut reges celestes purpura et bisso et quotidie epulantur splendide. Purpura nanqz est vestis rubea in sanguine cuiusdam piscis tincta. et cōuenit omnibus martiribus qui venerūt ex magna tribulatōe et lauerūt stolas suas in sanguie agni. Apoca. vij. Sed bissus est vestis candidissima et albissima. et conuenit omnibus confessoribus et virginibus qui in castitate domino hic seruierunt et ibi ambulant secum in albis. quia digni sunt. Apoca. iij. Sed qnotidiana ipsorum epulatio nihil aliud est q̄ eterna exultatio. ideo dicit deuotus doctor Amandus i hora. sap̄. li. j. c. xj. O q̄ felix ciuitas vbi iugis solennitas. et q̄ iocunda curia omnis cure prorsus nescia. beati proinde et felices qui ad dcm̄ conuiuium sunt inuitati. Et subdit. Vos celestes p̄ncipes. o nobilissimi reges. o impatores o filij dei excelsi omnes diuine consortes nature. q̄ immensa hilaritate facies vestre videntur perfuse. corda vestra q̄ copiose et supereminēter cernuntur supefluere pre exultatione. serta de sertis aurea ineffabiliter micantia facie chorusci. et indumento splendidi et cantu iocundi et sertis redimiti. Quantum ad secundū iste diues reprehenditur de vanitate in vestiendo cum dicitur. qui induebatur purpura et bis
K so. Circa quod notandum diuites multipliciter excedunt in suis vestibus. Primo in superfluitate. et hec superfluitas potest esse in veste vna vel in pluribus et aduerti vel perpendi in vna quando vestis est nimis ampla aut nimis longa. in qua superfluitate cōmuniter excedūt prelati sacerdotes et mulieres. Primo quidē sacerdotes prelati qui longas habent vestes cum quibus terram purgant. Contra quod inhibitum est eis extra de vita et hone. clericorꝫ c. Clerici. Ne deferāt nimis breues nec nimis longas cum dicitur clerici clausa desuper deferant indumenta nimia brevitate vel longitate non notanda Secundo excedunt in hoc mulieres que longas trahunt post se caudas longis vestibus terram tegentes. Et de nuditate xpi in pauperibus non curantes. caudis suis pulices colligunt et puluerem hominibus mouēt christum vero quem in tot pauperibus nudum vident non operiunt. valde enim est reprehensibile q̄ tales caudas sibi assumunt cum tamē natura homini denegauit. De caudatis vestibus mulierum vide etiam s. iiij. Y. In pluribꝰ etiam fit excessus. Sunt etiam nonnulli taz clerici q̄ ciues et mulieres qui volunt habere diuersa paria vestium. et potius volunt vestimēta sua comedi a tineis q̄ inde vestire nuditatē pauperis. Nam ꝫm Bernardum. clamant nudi et clamant famelici et conqueruntur nobis fame et frigore miserabiliter laborantibus quod conferunt tot mutatoria vel extensa in partitis vel implicata manticis. quasi diceret nihil conferunt eis ad salutem. Sed faciunt eos fures et eternam afferunt damnationem. de primo q̄ tales sunt fures. patet ex hoc. qz furantur illud quod debetur pauperibus si seruant aliquid quod non est necessarium suis vsi

bus. Quia dicit beatus Ambrosius. dis. xlvij. c. Sicut hi. Non maius criminis est habenti tollere q̄ cum posses et abundas indigentibus denegare. Esurientium est panis. id est debit⁹ esurientibus quem tu detines nudorum indumentum quod tu recludis et miserorum est redemptio et absolutio est pecunia quam tu ī terra refodis. Tantorum ergo te scias bona inuadere quantus possis prestare quod velis. id est velle debes. Sed alia littera habet quodvales. De secundo dicit beatus Jacobus. c.v.

L Agite nunc diuites plorate vlulantes in miserijs que euenient vobis scilicet in eterna damnatione diuitie vestre putrefacte et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Refert enim Cyrillus in epistola ad Augustinum. Quidam p̄sbiter cardinalis Andreas nomine glorioſiſſimi Hieronimi deuotissimus cultor. in romana vrbe expirauit. qui cum in ecclesia esset peractis exequijs que solent fideliuz tumulādis exhiberi corporibus assistente summo pontifice cum pene toto clero et populo romano qui ad eundem Andream venerant honorandus dum emissis vlulatibus et crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus et veluti amentibus effectis. tanquā si a somni dormitione excitaretur mirabiliter exurrexit. Cunqz a romano pontifice remoto de ecclesia maiori beati Petri apostoli vniuerso populo clausisqz foribus interrogaretur intulit illa verba dum starē in diuino examine iudicandus et iam propter vestium et ciborum quibus hactenus vsus eram nimiam superfluitatem tarthareis cruciatib⁹ condemnarer. subito veniens quidam sole splē didior niveqz candidior. quez fuisse glorioſum Hieronimum ad seinuicem referentibus qui astabant intellexi. presidenti iudici flexis genibus animam meam corpori meo iterum iungi porrectis precibus impetrauit. Quibus finitis verbis in ictu oculi anima inde recedens corpori est coniuncta. Quod audiens summus pontifex et ceteri qui extra ecclesiam expectabant fractis ecclesie foribus ecclesiam protinus intrant omnes magnis vocibus deum et beatum Hieronimum collaudantes. Et ibidez venerabilis Cyrillus affligitur de quibusdam clericis qui vestimentorū de die in diem superfluitatibus vtuntur. de pauperibus vero quorum mercedem raptam manu lotrocinij deuorant fame morientibus et frigore non curantes. Et ponit adhuc ibi exemplum terribile. q̄ in superioribus egipti partibus quidam monachus helias nomine degebat magna radians vite sanctitate. incumbens hic solitis orationibus somno repentino adueniente aliquātulum obdormiuit. et ecce in visione in quodā pallacio mire ineffabilisqz pulcritudinis et a mortalibus nunquā visum vt sibi videbatur erat. Cum per pallacium illud per horam huc illucqz gradiens. eius pulcritudinemqz āmiraretur tam vehementer vidit quoddam preparari tribunal a quibusdam nimie pulcritudinis iuuenibus. stratis tapetibus et vestibus auro gemmis et multa artificij varietate decorari circumquaqz. In quo postmodum rex quidam maximus et decorus eius aspectus tante erit suauitatis vt nihil vellet aliud quas habere sole lucidior comitatus societateveniens se posuit vt iudicia exerceret. inter hec cuiusdaz anima quā fuisse anthonicanuz presulem ab aliquibus ibidem existentibus postmodum intellexit. Nequā spirituū (cathenis igneisqz vinculis vincta instar fornacis flammā erumpēs sulphuream) deportata. maiestati regie presentatur que priusquā de aliquo interrogaretur. cepit diris vocibus se infernalibus mansionibus dignissimaz acclamare hanc inter ceteras maxime assignans principalem causam qm̄ vanis mundi pompis intentus in conuiuijs ꝛ vestibus huiusmodi stulticijs delectabatur. Quibus finitis lata per iudicem sententia. vt penis infernalibus traderetur donec corpori iūcta duplices penas in perpetuum ibi sustinerz mox illum secuz ferens illa nequā spirituū turba inde cum diris clamoribus recessit. Secundo excedit aliquis in vestium preciositate. M Nam sicut habetur ex li. Gene. iij. c. q̄ materia vestium quas fecit dominus primis parentibus fuit vilis multum. quia de pellibus animalium mortuorum. quia dicitur. Fecit deus eis tunicas pelliceas. deinde processum est ad lanam puram que leuior est q̄ pellis. Tertio processum est ad corticem herbarum videlicet ad linū. Quarto ad stercora vermiū videlicet ad sericum. Quinto ad aurum argentum et ad lapides preciosos et ad tunicas colorum preciosorum. de quibus precioſe vestes veniunt vt purpura que est vestis imperialis et regalis. ꝛ si alius q̄ rex vel imperator purpura vteretur excedit statum suuz et offendit deum. In signū istius legitur. q̄ iste qui inter romanos primitus purpura vtebatur a fulmine percussus est et sic subitanea morte interijt in terrorem ꝛ exemplum sequentibus ne vnquā aliquis audeat se contra deum superbe in vestibus erigere p̄ciosis. Et ex illo q̄ ille diues qui ad litteram. vt vult Ambrosius. fuit ciuis in hierusalem et veste purpurea suo statui non congruente vtebatur fuit reprehensibilis. Ideo dicit Grego. in ome. Si cultus p̄ciosarum vestium culpa nō

esset sermo dei tam vigilanter non exprimeret q diues qui torquebatur apud inferos bisso et purpura fuisset indutus. hec Grego. Sed est valde notabile q non legitur de isto diuite q diuitias suas male scilicet per rapinam t vsuram acquisiuisset et tamen qui se forte de bene acquisitis inordinate vestiuit damnatus fuit. Quid dicam tunc de illis qui de re iniuste acq̃sita se vestire volunt. sicut sunt ciues vsurarij. militares. predones. et ipsorum vxores qui de lacrimis pauperum vestes deferunt pciosas quas dicere possuz magis sanguilentas. iuxta illud Hiere. ij. In alis tuis inuẽtus est sanguis animarum. vbi dicit glo. Uuilh. Ale intelligi possunt extremitates superborum palliorum quibus alis volatur in infernum non in celum Et subdit. in alis istis inuenitur duplex sanguis pauperum. Spolia enim pauperum ex quibus est vestis illa pciosa comparata iudicio scripture sunt sanguis pauperum et vita eorum. Juxta illud Ecci. xxxiij. Panis egentium vita eorum et qui defraudant illum vir vel homo sanguis est. Alius sanguis q in alis ill' inuenit est sanguis ipsius hominis siue viri siue mulieris qui vel que defert vestem pciosam de re iniuste acquisita emptam. mors enim sua iacet ibi cum ad damnationem suam defert illam. Jdeo nota q homo qui vult se a talibus vestimentis pciosis cohibere debet vilitatem sui corporis attendere. Quid enim est corpus nostrum nisi cinis de terra factum et cito in terrã puluerem q redigendum. Jdeo ẽm Gregoriũ Indignum est vili cineri purpureũ indumentũ Jdeo Innocentius de vi. hu. condi. li. ij. c. xxxvj. Quid est homo pciosus ornatus nisi sepulcrum foris dealbatum. intus autem plenus spurcicia. dicit enim beatus Augustin⁹. q corpus peccatoris anime mortue est sepulcrum t certe. quia homo taliter ornatus pciosis est sepulcro dealbato similis ve sibi. quia dicit dominus. Matth. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei ypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis que foris apparent hominibus speciosa. intus vero sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia plena. Sed diceret aliquis. nunquid constituti in dignitatibus vel ministri altaris debent vti pciosioribus vestibus. Rñdet sctus Tho. ij. ij. q. clxix. q non est in eis vitiosum. Sed potius debitum ad significandũ excellentiam sui misterij vel cultus diuini. Diceret iterum aliquis exquo pciosis nimium vestibus non est vtendum nunq̃t vilibus competat vti. rñdet Tho. vbi. s. Peccat qui viliorib⁹ vestibus vtitur q ceteri. et hoc si faciat propter iactantiam vel superbiam vt se ceteris preferat vicium enim supstitionis est. Si aũt hoc facit ppter macerationem corporis et humiliatõez spiritus ad vtutem tempantie pertinet. et precipue competit his vti qui alios verbo et exẽplo ad penitentiam hortãtur. Sicut fuerũt pphete de quibus apostolus ad Heb. xj. Circũierunt in melotis t pellibus caprinis. Et dicit glo. sup illud Matth. iiij. Qui penitentiam predicat habitum penitentie pretẽdat. Tertio excedunt aliqui in vestiũ carnalitate quod alio modo mollicies dicitur. de qua Matth. xj. qui mollibus induuntur in domibus regũ sunt ad hanc carnalitatem aut molliciez ptinet vt dic̃ Phus. vij. ethi. q aliquis trahat vestitum per terram vt non laboret eleuãdo ipm. et hoc tertio modo petrauit et excessit iste diues qui ad nudam carnem bisso induebatur quod ẽ genus lini nimium candidi et mollissimi. vt dicit Jsi. li. xix. ethi. Sic autem non debent facere serui dei. Quia sup illud Matth. iij. Johes habebat vestimenta de pilis camelorum dicit glorioſus seruus dei non debet habere vestimentum ad decorem vel ad delectationem sed ad tegendum nuditatem. Jdeo dicit Grego. Nẽo existimet in fluxu atq̃ in studio pcioſarum vestium peccatum deesse. quia si hoc culpa nõ esset nullo modo dominus Jobem de asperitate sui vestimenti laudasset. Quarto peccant et excednnt aliqui in vestium extraneitate. sicut illi qui volunt habere vestes extraneas vestibus alijs dissimiles. verbi gratia. cum clericus militarem vestem vult habere vel religioſus secularem mulieremq̃ virilem et principaliter cũ sacerdos vult habere vestem colorat̃am videlicet viridem vel rubeam aut alias variam. cũ tamen inhibite sunt clericis tales vestes. extra de vita et hone. cleri. c. Cleri. vbi dicitur. Pannis rubeis aut viridibus nec manicis vtantur. Et potest ratio esse ẽm Uuilh. Quia tales colores in lana ouium non inueniuntur naturaliter. Si enim de⁹ voluisset lanam ouium talium colorum esse potuisset depingere oues sic̃ depinxit aues. Et forte a p̃ncipio non fuit facta tinctura huiõi absq̃ curioſitate t culpa. Et dicit Uuilh. Audiui virginem innocentem quã remordebat conscientia sua de hoc q habebat vestem alterius coloris q̃ naturalis allegantem contra se q ouis que nunq̃ peccasset contenta fuisset naturali colore. Ipsa vero que multum peccauerat pcioſo colore teretur. Et in veritate cum homo mendicet vestem ab oue iuxta illud Aug. Quis mandatũ euangelicum implens de duab⁹ tunicis vnã dat homi nõ habenti. Sufficere deberet homi mendicanti color ille qui sufficit oui largienti. Sed superbus

bris sicut ceteris imparent vt ibi nullū motuꝫ illicitum sentirent et sicut alia membra corpis alijs. s. membris admonemus vt manum ozi sine libidinis ardore. ita genitalibus vterentur membris sine aliquo peccato carnis. hec eñ le talis egritudo membris humanis ex peccato i befit. hec magister cum Hugone. Idem testaꝫ Augus. sup Geñ. ix. c. Si non peccassent scilicet p̄mi parentes illis membris sicut pedibus imparent nec cum ardore seminarent videlicz viri nec cum dolore parerent. s. mulieres. Sed post peccatū motū illum. s. carnis meruerunt quem. s. motum nuptie ordinant. s. ad finez debitum. Sed continentia. s. v̄ginalis vel viduaꝫ cohibet. s. ne dñeꝫ. hec ille Quicunqz eñ hanc pellem carnaꝫ motus deponere voluerit debet per artū foramen abstinētie ire quia motus illicitus illius carnis frequētur ex gula nascitur et surgit. ut dicit Gregᵒ. xxxj. moza. Uēter mero estuans de facili spumat in libidinem. Cuiᵒ ratio est. quia ex superflua crapula nature iflāmatur. ex cuius inflāmatione frequenter insurgunt desideria mala que tñ potest homo extirpare et deponere p̄ abstinentiā et ieiuniuz. qz Ambro. in prefatione dicit. Abstinentia est inimica demonū extirpatrix vicioꝝ. s. carnalium nouerca cunctoꝝ malorꝝ expers morboꝝ scz tam corpalium q̄ spūalium qui sunt motus illiciti carnis. Tertio innouatio fit ab accipitre. de quo dicit Gregᵒ Quando in senectute se sentit alarum et pennarum pondere se grauari exhpendit alas suas contra solem flente austro. z si repente aura in calore resoluente aperiuntur pozi quibus apertis excutit alas. et sic veteres exiliunt et noue crescunt. et sic nouitas pennaꝝ efficit ipm advolandum aptiorē. Moraliter per alas intelligitur crudelitas rapacium. Juxta illud Zacha. v. Habebunt alas q̄si milui. quia rapaces quasi milui res alienas rapiunt. Iste ale multū grauant hominē hic in p̄scientia et ibi grauabūt eum in eterna pena. qz dic̄ Apls. j. Chorꝝ. vj. Nolite errare fratres ne q̄ rapaces regnum dei possidebunt z si nō possidebunt dei regnum habebunt demonis infernum. Qd autē grauaꝫ in consciētia dicit Augᵒ Lucrum in arcba damnū in p̄scientia. Tollit vestem scz vsurarius vel raptor et perdit fidez acq̄rit pecuniam. et pdit iusticiam. Ideo dicere potest cum pś. Sicut onus graue grauate sunt super me. s. diuitie inique per rapinam occultam vel aptam acq̄site. Cum ergo sentis te grauatū his alis expende eas ad solez iusticie videlicet xp̄m. Sicut Zacheus qui dixit ad ipsum Si quid aliquem defraudaui reddo q̄druplum. Lu. xix. O vtinā boies grauati rapacitatis crudelitate redderent simplum. Sed audeo certe dicere q̄ inter centum vix vnᵒ excutit alas iniq̄tatis grauissimas. quia nondū forte flauit austeri inspiratō lenis spūssancti q̄ flauit in cor grauatum Zachei. q̄ ppter calorem spūssancti repente excussit alas crudelis rapacitatis et innouatus est cum accepit alas misericordie et pietatis cum dixit. Ecce dimidium bonorum meoꝝ dñe do paupibus. Lu. xix. Et dicit notāter bonoꝝ meorum contra illos qui de rapinis volunt pauperibus tribuere et credunt se satisfecisse. Contra quos dicit b. Augᵒ in li. de vita xp̄iana. Quidam per hoc se iustificari existimant q̄ de substātia pauperum exiguam faciunt elemosinam. Nam de eo q̄ plurimis abstulerūt vni modicū quid largiuntur vt vnde plures esuriunt vnus cibatur et multoꝝ spoliis vix pauci tegūtur non vticz talem elemosinam requirit deus nec vult vni pietatē de alterius crudelitati p̄stari. Et subdit. illam elemosinam deus cōprobat que de iustis laboribus ministratur. Sicut scriptum est Prouerb. iij. Honora dñm de tuis laboribus. Illā autez abominatur et reprobat q̄ de lacrimis prestaꝫ alienis. Qd eñ pdest si vnus bñdicat et plimi maledicunt. Aut q̄d tibi p̄fert elemosina q̄ de alterius p̄statur substātia. q. d. nihil. Ideo excutiende sunt ille ale crudelitatis rapacitatis et qd̄ inique ablatum est reddi debet damnificatis. Et sic anima innouaꝫ. Alio modo moraliter p̄ alas quas debemus adinstar accipitrē excutere intelliguntur cogitationes hypocrite Juxta illud Job. xxxix. Cum tempus fuerit alas erigit quia hypocrita cum alas inuenerit cogitationes in publicū erigit vel demonstrat Nam multotiēs p̄tingit q̄ hypocrite pgesta se humiles ostendunt et per hoc aliud se cogitāt habere scilicet laudem vel fauorem humanum Contra quos dicit be. Hiero. in sermone. Per facile est vestem habere contemptā salutare sb missius. manus osculari p̄lati inclinato capite et deiectis oculis humilitatē z mansuetudinez polliceri. leta voce p̄mones infringere crebrᵒ suspirare et ad omne v̄bum se miserū et pctōrē vocare. Sed aliam docuit xp̄s humilitatē qui cum maledicere non maledixit cum pateretur non cōminabaꝫ. Aufferātur figmenta v̄borum cessant silati gesta virū humilē patiētia pbat z iniurie. Idcirco cogitationes illas hypocritaꝫ debet hypocrita expandere tanq̄ alas ad radios solis. s. diuinitatis cui aperte sunt oñes cogitationes. Juxta illud pś. xciij. Dñs scit cogitationes hominum. id est hypocritarum quoniam vane sunt. et sic debet excutere eas a corde suo vt possit innouari et in nouitate mē-

tis ambulare. vt suadet apostolus in verbis allegatis. in nouitate vite ambulemus.

De eadem dominica. Sermo. ij.

NIsi abundauerit iusticia vestra plusq̃ scribarum et phariseoꝝ non intrabitis in regnũ celoꝝ. Math. v. Dicit Pli. in spe. na. et Auicenna. q̃ Symea est bestia lineamentis hois ꝓpinqua. Nam extra habet quasi easdem manus et pedes et põt duobus pedibus ambulare sicut homo. ꝛ in lineamentis intrinsecus etiã est homini similis et tñ non ẽ hõ Et est indomita quia ipsam oportet ꝑ vincula vel trunci alicuius obligationẽ domare et delectatur in immundis vmib⁹ scz pediculis quos deuorat. Et ſm Amb. in exameron est leonis medicina. Nam cum leo infirmat̃ ex industria nature querit simeam cui⁹ sanguine potat⁹ cõualescit apparet homo et non est homo. Moraliter huic animali similes erãt scribe et pharisei qui exterius quasi legis obſuatores ꝛ boni homines apparebãt. intus tñ pleni vmibus malarũ intentionũ. iuxta illud q̃ ait xp̃s Ma. xxiij. Oia opa eoꝝ faciunt vt videãtur ab hoibus. Nam de ipis dicit Ni. de lyra. q̃ tempore ieunij vitulas habuerũt per capita vt apparet eos dolorem capitis ex ieunio acq̃siuisse per quod notatur eoꝝ mala intentio q̃ omne eoꝝ opus damnabat. ſm illud Math. vj. Si oculus tuus. i. intentio tua neq̃ fuerit. i. nõ est bona. totum corpus tuũ tenebrosuꝫ erit. id est omnia opa tua nullius sunt p̃mij et meriti vel salutis. Jõ dicit Greg⁹. v. moza. Si in opere bono intentio recta non tenetur hoc ipm opus quod bonum creditur amittit̃. Et patet q̃ recte erant simee. quia sicut simea habꝫ pedes vt homo non tamen est homo. Sic licet ipe habebant pedes. i. intentiones non tñ erant humane quia prudens homo omnia q̃ facit debet facere ad gloriaꝫ dei. ſm apl̃m. j. Choꝝ. x. q̃ ipi non faciebant ideo bestiales ſm animã fiebãt. Nam dicit Berñ. sup Cant̃. Si amans turpia appetit intentio turpis est et fedans faciẽ anie et spũs. Et si honesta appetit intentio honesta erit. Item sicut simea habet manus. sed nõ humanas. Sic quãuis pharisei habebant opera que designãtur per manus non tñ erant humana quia leuia faciebant et maioza obmittebãt. Juxta illud Mat. xxiij. Ue qui decimatis mẽtam et anetuꝫ et relinquitis q̃ grauioza sunt legis. Itez sicut simea gloriatur in exteriori pulcritudine vt cum induitur interduꝫ tunica rubea vel viridi. ita pharisei solum exteriorẽ mũdiciam et sanctitatẽ ad placendũ hominib⁹ apparebant nihil de interiori pulcritudine curãtes. ido dñs assimilabat eos sepulcris dealbatis que foris apparent hoibus speciosa. intus autem sunt plena imundicijs. Math. xxiij. Et iterum ibidem. Ue vobis scribe et pharisei q̃ mũdatis quod foris est et papsidis. intus autem estis pleni rapina et immundicia. Item sicut si mea polluit os vmibus imundis vt pediculis Sic ipsi polluebant oza sua mẽdatijs cum dicebant. Math. xxiij. Si fuissemus in dieb⁹ patrum nostroꝝ non fuissem⁹ socij eoꝝ in sanguine ne ꝓphetaꝝ. Sed mentiebãtur in sanguine domini omnũ ꝓphetaꝝ facti sunt rei et martyres plures effecerãt ꝛ apl̃os psecuti. ideo facti sũt cibus leonis infernalis qui circũit querẽs quẽ deuorꝛet. j. Pe. v. Nostra aũt opa bona dñt eẽ perfectioza ꝛ abũdantioza phariseoꝝ. iuxta illud Prouerbio. xiij. In omni ope bono erit abundantia. Jõ dicit ħ dominus. Nisi abundauerit iusticia vestra plusq̃. ꝛc̃. In quibus vbis ꝓncipaliter tria tangũtur. ꝑmo perfectio xp̃ianoꝝ ibi. nisi abundauerit. secundo defectio phariseoꝝ ibi. iusticia vestra q̃ phariseoꝝ. tertio clausio regni celoꝝ ibi. nõ intrabitis in regnũ cel. Circa qd̃ notãdũ licet iusticia ꝓpe sumatur ꝓ virtute qua redditur vnicuiq̃ qd̃ suũ est. large tamen sumitur ꝓ bonitate. Nam gl̃. sup illo ad Hebꝛe. j. Dilexisti iusticiam dicit q̃ per iusticiam intelligit omne bonũ. Et Hiero. ad demetriadem dicit q̃ omnes vtutum species vno iusticie nomie ꝓtinentur. Et ſm hoc dicit Aug⁹. duas ptes esse iusticie. s. declinare a malo et facere bonum. Et sic iusticia distinguitur ꝓtra peccatũ. et ita dñs loquitur hic de iusticia. vnde sicut sunt varia dona gratiarũ dei ita varij sunt status et conditiones hominum ꝓpter quã varietatem plerũq̃ accidit q̃ vnus in vno statu saluatur qui si esset in alio statu dãnaretur. quia quod sufficit vni ad salutem in vno statu non sufficeret ei in alio ꝓpter qd̃ his qui sunt in statu maiori in comparatione minorum apte potest dici verbum thematis assumptum. Nisi abundauerit iusticia ꝛc̃. videlicet plusq̃ minoꝝ non intrabitis in regnum celoꝝ. Et vlterius taceatur de scribis et phariseis qui sunt in lege alia. et de eis tactum est supra in arenga accipiende sunt comparationes in lege christiana in qua quidem aliqui sũt zelati. aliqui subditi. quidam religiosi. quidã seculares. alij discipuli. alij doctoꝛes. et sic de alijs. quibus singulis in quadam comparatione dici potest. nisi abundauerit iusticia vra plusquã illoꝝ non intrabitis in regnum ce-

M lorum. Prima igitur comparatio est inter prelatos et subditos. quia prelatorum opera debent magis abundare q̃ subditorum. ido dicit Hol. super li. Sapi. lec. cxcvj. q̃ quilibet p̃latus debet habere quatuor. zelum feruoris ⁊ correptionis. statum vigoris et supportatiõis. locum amoris et cõmunicationis. Primo dẽt habere feruoris zelum et correptõnis. vt sit ardens non tepidus per ignauiam non fumans per vanam gloriam non extinctus per infamiã Sed ardens tanquã columna vt dicatur de sb̃ditis suis illud Sapi. xviij. Ignis ardentez colnmnaz habuerunt ducem. In cuius figura dicitur de Helia Ecc̃i. xlviij. Surrexit Helias q̃si ignis ardens. s. per sincerum zelum. Et nota q̃ aliquãdo igni thus adiungitur aliquãdo sulphur. Quando em̃ thus admiscetur cum igne tota domus redolet q̃ndo v̄o sulphur adiungitur igni vehementer accenditur et tota domus fetore repletur Sic aliquando moraliter est de prelato. Cõtingit em̃ quandoq; q̃ prelat⁹ lat̃ales cõsiliarios sibi assumit quasi personas sulphurias ardentes per maliciam et fetentes p̃ infamiam. Et quando sic domus plena ẽ fumatione tribulatione et fetore. Isa. xxxiiij. Conuertentur torrentes eius in picem et hum⁹ ei⁹ in sulphur et erit terra eius in picem ardentez die ac nocte. Cunq; vero contingit q̃ prelatus consiliarios sibi facit lat̃ales de personis sanctis et deuotis et honeste fame. et tunc nll̃i dubium quin tunc tota domus repleatur dulcedine dilectionis et suauitate pacis que per thus signãtur. Et figuratur de tali prelato illud Ecclesiastici. l. Ignis effulgens de lateribus suis quasi thus ardens in igne. Secundo prelatus debet habere statum vigoris et supportatiõis

N vt sit colũna fortiter supportans on⁹ sibi sup̃positum. et de huiusmodi prelato d̃r Hiere. j. Dedi te hodie in ciuitatem munitam et columnam ferream. Quamdiu em̃ columna est recta fortiter supportat onus superpositũ. Sed quã cito incipit incuruari ad vnam p̃tem vel ad aliam statim fabrica tota cadit. Ita moralit̃ q̃diu prelatus seruat rectitudinem et iusticiã sequens iura et bonaz conscientiã meritorie supportat et exequitur causam suam. Cum em̃ declinat ad latus propter affectionem vel offensaz non dep̃mendo defectus. sed defectiuos fouendo fabrica tota cadit. Nam Iud̃. xvj. legit̃ q̃ Samson duas concutiendo columnas q̃b⁹ tota domus innitebatur domum p̃strauit se ⁊ omnes qui in ea erant occidit. Isto modo ẽ de diabolo. Affectat em̃ vnam congregationẽ deuotorum subuertere et eos occidere. i. caritatẽ ab eis que est vita sp̃ualis aufferre et vt illd̃ faciat breuiorem viam non habet nisi columnas istius congregationis concutere et allidere p̃ perturbationem et cõmotiones. Iuxta illud Job. ix. Terrã cõmouet de loco suo et colũne eius concutientur. Ideo refert Petrus co mestor in sco. histo. super Gen̄. q̃ filius cham noe septez artes liberales in. xiiij. columnis descp̃sit quarum septem erant eree et septem latericie vt contra diluuium ignis et aque in perpetuũ permanerent. In hoc figurans q̃ in prelatis qui columne dicũtur sufficientia scientie d̃esse non debet. Et iõ sapia d̃r excidisse septem columnas. Prouerbi. ix. Quia vbi prelati alicuius ecclesie imbuti non fuerint ecclesie fabrica cito ruet. Tertio dẽt hr̃e prelatus locum amoris et cõmunicationis. vt per beniuolentiã et bonam affectionem subditos habeat et ab eis sic habeatur. debet em̃ haberi ab omnibus et non a quibusdam quia omnibus et singulis debet esse cõmunis. Refert Helinandus in gestis romanorum de troiano q̃ quodam tempe arguentibus eum amicis eoq; ad infimos erat nimis affabilis et vltra q̃ deceret imperatoriam dignitatem personas simplices et priuatas honoraret rñdit se velle esse talem imperatorẽ personis priuatis quales sibi imperator esse p̃uatas optaret. Sic em̃ Julius imperator amorem militum suorum meruit qui eos non milites. sed cõmilitones appellauit. Sicut de eo narrat Uegecius. li. j. de re militari. Idem est in eodem li. iij. c. xviij. Decet q̃ in exercitu bñ ordinato. tres debent esse duces. p̃mus secundus et tertius. Primus autem qui precipuam habet dignitatem et potestatem debet esse in p̃te dextra inter equites et pedites ⁊ consilio regere et autoritate vt tam eq̃tes q̃ pedites possit ad pugnam exhortari. Moraliter sic prelatus debet esse cõmunis persona vt maiorib⁹ et minoribus sue beniuolentie constantiam p̃stet non em̃ semper cum equitibus acquirat honorem. neq; semper cum peditibus subiectionis neglecto torpore sordescat. Xp̃us em̃ in familia sua. id est inter apostolos sic se habebat. Nam aliquando superiorem se pretulit. Joh̃. xiij. Uos vocatis me magister et domine et bñ dicitis sum etenim. Aliquando inferiorem Luce. xxij. Ego sum in medio vestri sicut qui ministrat. Aliquando equalem sicut Johãnis. xv. Jam non dicam vos seruos sed amicos meos Amicitia em̃ equalitatem requirit. viij. Ethi. Eodem modo prelatus inter subditos debet aliquando esse maior aliquando minor aliquando equalis. Minor quãtum ad humilitatis reputationem s̃m illud. j. Thessa. ij. Facti sum u paruuli in medio vestri. Equalis quantũ ad a-

micabilem conuersationem iuxta illud Eccl. x xxij. Rectorem te preposuerunt noli te extolli esto in illis sicut vnus ex ipis. maior autē quā tum ad reuerentie dignitatem et autoritatem. Jsta tria tangit Aug⁹. in regula honorez coꝝ vobis timorem coram deo substratus sit ꝺ̄ pe dibus circa omnes seipm bonorum opeꝝ pre beat exemplum cum dicit. honorē coram vob tangit reuerentie autoritatē timorez coꝝ deo ꝛc. reputationis humilitatem. Sed cum dicit circa omnes tangit ꝙuersationis amicabilitatem. Dicit em̄ Aris. de animalib⁹. Cor est cōe a quo omnia alia membra vtutem et motū recipiunt. declinat tamē magis in homine ad sinistram ptem ꝙ ad dextram ad situz suū. Jsto modo ꝑlatus est sicut cor in mistico corpore a quo omnes subditi recipere dñt vtutem et cō solationem et influentiam sui motus. Sz tamē ad inferos debet magis cōpatiendo fauorabi liter declinari. Quarto debet ꝑlatus bñe mo tum ꝓdecessoris et informationis. boni em̄ pla
Q ti et ducis est vtuose, p loco et tempe militare et qꝺ̄ ꝑcipit alijs interdum factis debet adiple re. Jdeo dicit Hieronimus super Exo. Tanta debet esse conuersatio et eruditio pontificis et ꝑlati vt omnes motus et gressus et vniuersa e ius opera notabilia sim̄ veritatem mente cōci piat et eam toto habitu resonet et ornato quic quid agit quicquid loqtur doctrina sit popu lorum. Et Greg⁹. in pastorali. Tantū dēt acti onem populi transcendere actio ꝑsulis ꝙ tum distare solet a grege vita pastoris. Jdeo talib⁹ dici potest hoc verbum allegatum. nisi abūda uerit iustitia vestra plus ꝙ subditoꝝ. Secūda comparatio est inter religiosos et seculares.
ad quē obligan religiosi
R Ad multa em̄ obligātur religiosi ad que nō te nentur seculares videlicet ꝓmo ad abdicatiōz ꝓprietatis. ad renunciationē ꝓprie volūtatis ad perpetuā obseruationē castitatis vt de sta tu monachorum. Cum ad monasterium. vbi di cit Jnno. tertius. Abdicatio ꝓprietatis sicut t votū castitatis adeo annexa sunt regule mo nachali ꝙ nec summus pontifex poterit cum bis dispensare. Et dicit sanctus Tho. ij. ij. q. lxxxvj. Votum religionis respicit tria ꝓncipa liter. s. pauptatem cōtinentiam et obedientiaz et horum transgressio obligat ad mortale reli giosos sz nō sc̄ares. Nā seculares laici bñ pos sunt licite tempalia possidere vt. xij. q. j. c. duo vbi dicit Hieronimus. Laicis licet temporalia possidere. sed non nisi ad vsum. nihil em̄ mise rius ꝙ propter nūmum perdere deum. Jtem possunt nubere. j. Thoꝝ. vij. Si nupserit vgo non peccauit. Et etiam tam stricte non tenent ad obedientiam sicut religiosi. Secundo tenē tur tanquā ad vestitus asperitatem. ad victus tenuitatem. ad abstinētie fragilitatem. ad ora tionum instantiā. ad horarum canonicarū fre quentiam et generalem ad statutoꝝ regule et constitutionuz sui ordinis obseruantiā. ad que omnia seculares minime tenētur qui tamen ali as si ꝑm cōmunia ꝑcepta dei t ecclesie suo mō in fide xp̄i viuāt saluātur. Si autem religiosus sic viueret vt ipi et non abundaret iustitia sua plus ꝙ illoꝝ. iuxta vbum domini nequaꝙ in trabunt in regnum celoꝝ. quia dicit Bern̄. in quadam epistola. Claustralis quasi tot flori bus vnat quot vtutibus abundat tales iuxt vtutum abundantiā abundātem accipiūt glori am dicente. Greg⁹. mora. iiij. Quomodo inqt electis in hac vita est discretio operum. in alia quoꝙ vita erit, pculdubio discretio dignitatū vt qui hic alius alium superat in opere. ali⁹ a lium in retributione transcendat. Tertia com
S paratio est inē doctores et discipulos. doctor em̄ in doctrina sua debet tria attendere. s. vt i struat placeat et ad bene agendum moueat. de boc Aug⁹. in li. de doctrina xp̄iana. dixit. elo quens et bñdixit. Jta debere docere necessita tis est eloquentē. vt doceat. vt delectet. vt flec tat. deinde addit docere necessitatis est. dele ctare suauitatis. flectere victorie. Jdeo si non docet quia est necessitatis regnum celoꝝ non intrabit Quarta comparatio est inter predica torez et auditorez. Et predicatoꝝ opera bo na debent plus abundare ꝙ auditoꝝ. Quia vt dicit Greg⁹. nazanzenus sup Apoca. Munda ri prius oportet et sic alios mundare. sapiētē pus fieri et sic alios facere sapiententes. lumē fieri et sic alios illuminare. ad deum accedere et sic alios ad deum ducere. Sanctificari t sic alios sanctificare. manus habere rectas et sic indigentibus porrigere manus. et quicūqꝫ sic fecerint regnum celorum merebūt. Quia vt di cit Greg⁹. in quadam ome. Ad regnum eterne beatitudinis peruenire non valet qui non vult opere implere qꝺ̄ ꝑdicat. Nam cuius vita de
T spicitur restat vt eius ꝑdicatio contemnatur. Quinta comparatio est inter sacerdotes t laicos. Et dñt sacerdotes plus in iustitia abun dare ꝙ laici quia sunt ipoꝝ patres et magistri vt dicit Greg⁹. xix. dicēs. Quis dubitet sacer dotes xp̄i regum et ꝓncipum omniūqꝫ fideliuz patres t magistros censeri. q. d. nullus. Jdeo sicut precellunt dignitate sic et sanctitate t bo nitate. Dicit tamen Archidiaconus Guido in rosario. q⁹ sacerdotes non tenētur esse melio res ꝙ laici nec vituperandi sunt clerici boni si la ici sunt meliores. Et subdit. et hoc dico ad vir tutem non quātum ad scientiaz docendi predi

candi et faciendi officia ecclesiastica et distincte discernendo articulos et ad hoc plus tenẽ tur clerici q̃ laici. Sed si in his sunt instructiores q̃ clerici non est clericis imputandum dũ modo sufficienter sunt instructi in his. hec ille Sexta comparatio inter ꝓtemplatiuos ⁊ actiuos. licet eñ bona sit vita Marthe. melior tamen pars est Marie. quia ipa optimam ptem elegit que nõ aufferetur ab ea. Lu. x. Ac p hoc plura requirũtur ad vitam contemplatiuaz q̃ actiuam. Quia vt dicit prosper in de vita contẽplatiua. Ad actiuã vitã ptinet nulli inuriaſ irrogare. ad contemplatiuã ptinet irrogatas vnanimiter sustinere. Actiuꝰ eñ ostendẽdo ꝓximo opera misericordie se ab omnibus iniquitatibꝰ emundat et vitam suam bonoꝝ operũ fructibus ditat. Contemplatiuꝰ vero facultatibus suis in vsus pauperũ distributis simꝫ se expoliauit mundo. Et totis viribus suis adheret celo. Res mundi mũdo, piecit et seipm xpo deuota mente restituit. hec prosper. Patet g̃ quomodo plus incumbũt contemplatiuo q̃ actiuo, ppter quod apte ỏr contemplatiuis. nisi abundauerit iusticia vestra plus q̃ actiuoꝝ. Sz diceret aliquis. cum vita actiua sit sancta ⁊ bona et contemplatiua presupponat actiuam. iuxta illud Grego. vj. moza. Qui contemplationis artẽ tenere voluerit vel desiderat prius necesse est vt se in campo actiõis, pbet. quomõ ergo aliquis contemplatiuus a regno dei excluditur cum saltem merito vite actiue admittat. Ad hoc dici potest distinguendo de cõtemplatiuis. Quidam eñ sunt qui vitam actiuã respuentes ad contemplationis vestigiũ ambitiose anhelant. Exemplum de nonnullis begardis et beginis qui laborare respuunt et vitam actiuam postponentes ad ocium contemplatiõis conuolare p̃sumunt. et tales qui neutram vitã tenent sicut deberent, pculdubio regnum dei ñ intrabunt. qui tñ in humilitate vite actiue se tenerent vere saluarẽtur. Jdeo dicit Gregꝰ. Sepe qui occupati humanis vsibus bene viuerẽt gladio sue quietis extincti sunt. Et illud certe dicit Jsi. de sum. bo. li. iij. Utilius est per simplicem actionem ire ad vitam eternam q̃ p cõtemplationis errorem mitti in gehennã. Multos eñ dñs ex carnalibus sua gratia visitat et ad contemplationis vestigium eleuat. Multos q̃ contemplationi deditos iusto iuditio deserit et lapsos in terrenis desiderijs derelinquit Loth in puersa ciuitate iustꝰ fuit ⁊ in mõte peccauit. hec Jsi. Alij aũt sunt qui i actiua vita bñ exercitati per diuinam gratiam in altum contemplationis sustolluntur. Sed vtriq̃ viteviciſſim deseruientes nunc contemplationi nunc actioni intendunt adinstar euangelistaꝝ aialium. de quibus legitur. Jbant et reuertebant̃ per actionem. De his Berñ. Bonum inquit acquirit gradum qui bene ministrauerit meliorẽ qui bene vacauerit. optimum aũt qui perfectꝰ est in vtroq̃. Ad hunc gradũ sponsam animã contemplatricẽ vocat. Canti. ij. Surge propera amica mea et veni. Surge inqt cõtemplatõnis postpositione. propera actionis excitatione et veni contemplationis denuo resumptiõe Septima comparatio est inter pfectos et simplices. Perfecti eñ tenẽtur ad omnia consilia vt patet ad abdicationẽ temporalium. Mat. xix Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. Etiam tenẽtur ad pfectam obedientiam maiori. etiaz in his que dispositioni prelati non subduntur. Juxta illud Math. xvj. Si quis vult post me venire. ⁊c. Etiam tenẽtur ad castitatem. Math. v. Audistis quia dictum est antiquis non mechaberis Ego aũt dico qui viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est eam i corde suo. Jtem tenẽtur ad dilecttionem inimicoruz non solum in affectu sed etiam in effectu. Ma. v. Diligite inimicos vestros benefa. ⁊c. Jtem tenentur ad perfectam patientiaz. Juxta illud Math. v. Si quis te percusserit ad vnam maxillam p̃be ei alterã. et hoc intelligitur fm p̃parationem animi. Jtem ad vitandũ omnem sollicitudinem temporalium. Math. vj. Nolite solliciti esse. Et iterum. Nolite solliciti esse de crastino. Jtem tenentur ad illud. Qui habet duas tunicas det vnam non habenti. Et plura alia sunt in euangelio consilia sine quibus simplices boni xp̃iani saluãtur sed perfecti ad ea tenẽtur. ideo precipue potest dici ad tales. Nisi abundauerit iusticia plus q̃ in perfectoꝝ. Sed diceres. qui perfecti ad hec iam dicta restringuntur. Rñdetur perfecti sunt in triplici differentia. Quidam eñ dicũtur perfecti ex statu ⁊ voto spẽali vocatione diuina. vt apostoli fuerunt ad perfectionẽ a domino vocati. de q̃bus Hiero. Tu qui perfectum te esse pollicitus es quid aliud quã perfectam sectatus es vitã quã tenere debes hi si ea que perfectionis sunt seruent, p̃missiones xp̃i quas perfectis pollicitus est, pculdubio ꝓsequẽtur. Alij sunt qui eisdem modis vt dictum est ad perfectionez astricti in eius obſuatione negligentes vel etiam ficti exiſtunt. de quibus ỏr in collatione piauonis. Sunt qui euangelicã pfectionem siſate potius q̃ in veritate arripere volunt et humanis laudibus, puocati vniuersis mundi diuitijs xp̃i p̃ferunt nuditatem facultatem videlicet mundi. solũ ad faciem hominũ renunciantes nequaq̃

mandatis euangelicis se submittunt sed suas exercent p̃o libitu voluntates sine dubio talibus dñs perstringit viam ad domũ suam dicẽs nisi abundauerit. Tertij sunt qui sancto ꝛ simplici ꝓposito ex deuotione studẽt se consilijs euangelicis q̃tum possunt dei adiutorio cõfozmare non reputantes se perfectos sed pfectionem attingere in spũ humilitatis cupientes. hi profecto si non omnia que perfectionis sunt impleant credo hac sententia dñi eos non percelli quinimo studio super erogationis eos in retributione a domino p̃miari. Ideo de illis qui sibi statũ vendicauerũt perfectionis nec in eo vt debuissent tenuerũt. patet quomodo a regno celozum iuxta v̄bum dñi excludũtur. hi autem qui in simplicitate vixerunt quomodo ad regnum celoꝝ perducuntur. patet in vitaspa. vbi legitur. Quidam frater in heremo querens videre exitum anime iusti et peccatozis diuino nutu lupo duce venit ante quandã ciuitatẽ vbi erat monasterium in quo erat quidam solitarius habens magne perfectionis nomen qui iacebat infirmus expectans hozã mozris sue frater ille vidit multam p̃parationẽ fieri cereorum et lampadaꝝ ꝓpter solitariũ illum q̃ tãte reputationis hẽbat quasi per ipm dominus saluaret ciuitatem et eo moziente omnes pituri essent. facta autem hoza exitus ipsius vidit frater ille tartareum quendam inferni descendentem ꝓpter solitariũ illum hñtem tridentem igneum. Et audiuit vocem dicentẽ sibi q̃si a deo. Sicut anima ista non pmisit me in se descere vna hoza. Sic nec tu miseriaris eiꝰ euellens animam. Ponens ꝯ tartareus ille tridentem in corde solitarij et per multas hozas torquens eum abstraxit aiam eius. Post hoc ingressus ille frater ciuitatem inuenit hominẽ pegrinum iacentẽ egrotum non hñtem q̃ eius curaz haberet et mansit cum eo vno die. Et cũ venisset hoza sui exitus vidit frater angelos gabzielem michaelem. vnum a dextris. et aliuz a sinistris infirmi. rogabantqꝫ aiaz infirmi vt egrederetur et non exibat quasi nolens derelinquere corpus suum. dixitqꝫ Gabziel ad michaelem. Assume tibi aiam istam iam eamus. Cui Michael iussi sumus a domino vt sine dolore eijciatur. ideoqꝫ non possumus cum violentia eam euellere. Exclamauit ꝯ voce magna Michael dicens. Domine q̃d vis de anima hac qz non acquiescit nobis vt egrediatur. Cunqꝫ descendissent omnes angeli in circũitu anime illius cum canticis et hymnis venit vox dicens. Ecce mitto Dauid cum cythara et oñes psallentes vt audiens vocem ipsoꝝ egrediatur anima iusti huius. Cum autem descendissent cũ cytharis et cymbalis cantum angeloꝝ concinentes sancta anima cuz gaudio exiliens sedit in manibus sancti Michaelis et assumpta est cum gaudio magno in celum. Ecce quomõ aia illius solitarij qui pfectissimus in opinione hominum reputabatur quia non abundauit iustitia eius vt debuit. ideo a regno celoꝝ exclusa tartareis tozmentis tradita fuit. Anima vero simplicis peregrini cui p̃o statu suo suffecit iustitia sua ad regnum celozum cum magna deducta fuit leticia. Quod et nobis p̃estare dignetur.

Dominica sexta post trinitatis Sermo.

AVdistis quia dictum est antiquis non occides. q̃ autẽ occiderit reus erit iudicio. ego autẽ dico vob̃ oĩs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio Math̃. v. Olla cum in se est plena aqua et in se aliquid habeat non emittit. sed in se claudit et custodit. Si autẽ ad ignem ponat et feruere incipit q̃cquid intus latuit etiam minimum sursum mittit et si que feces in fundo latebant super enatant. et simul pinguedo cũ fecibus exalant. Mozaliter per ollam intellige hominẽ ꝓpter materiam. quia sicut olla fit de terra sic et homo. Juxta illud Eccẽs. iij. Homines de terra facti sunt et in terraz ꝑiter reuertuntur. Jõ dicit Apostolus. j. Choꝝ. xv. hõ p̃mus de terra terrenus. Per aquã aũt intelli ge dona spũssancti. Juxta illud Joh̃. vij. Qui credit in me flumina de ventre eius fluẽt aque viue. quia de memozia credentis ꝓcedent dona spũssancti. Sed p ignez intelligitur inuidia ira Juxta illud pſ̃. lvij. Supcecidit ignis ꝛ nõ viderunt solem. Modo ad ꝓpositum quando homo adinstar olle est plenus aquis videlicet donoꝝ spũssancti tunc non emittit a cozdis fũdo q̃cquid sit malum de ꝓximo suo. Sz statim cum positus fuerit ad ignez ire accẽdit. Quia ira est accensio sanguinis circa coz. iiij. Ethi. Tunc statim quid scit mali vel infamie ꝓximi totum oze ꝓfert q̃tumcunqꝫ illud sit nociuum et omnes feces et blasphemias et iniurias que tempe quietis tacebat in corde non solum oze sed omnibus membris ira durante pandit. Et sicut etiam olla feruens cum fecibus simꝫ emittit pinguedinem. Sicqꝫ homo iracundus simꝫ cum veris falsa emittit. pdit siue promit. Ideo dixit Job. xlj. De naribus eius procedit fumꝰ sicut olle succense. ꝛ quid per fumum qui ledit oculos hominum nisi verba turpia et blaspbe

mie que ꝓferunt irati designantur que ledunt tam ꝓferentem q̄ audientē q̄ etiā illum cui ea ꝓfert. Ideo dominus in p̄senti euangelio ꝓhibz iram cordis et oris cū dicit dñs q̄ trascitur rē In verbis ꝓpositis breuiter per ordinem tria tangūtur. p̄mo imperfectio phariseoꝝ ibi. audistis quia dictū est antiquis. secundo punitō iracundoꝝ ibi. ego autem dico. tertio satisfactio iniuriatoꝝ ibi. si offers munus tuum. Circa p̄mum dicit audistis quia dictum est antiq̄s videlicet Exo. xx. Non occides. in quo quidē mandato ꝓhibitionis omne homicidiū ꝓhibetur. Ubi nota homicidium est duplex. corporale et spūale. Corporale cōmittitur tripliciter. voluntate ore et opere. Uoluntate cōmittitur homicidium tribus modis. Primo ad mortez odiendo. Exemplum de fratribus Joseph qui oderant eum nec poterant quicquā ei pacifice loqui. Geñ. xxxvij. Nam qui odit fratrem suū homicida est. j. Joh. iij. Et ratio est. quia ille qui odit ꝓximum occidit animā suam. quia hō per maliciam occidit animā suam. Sap. xvj. et pš. xxxvj. Gladius eoꝝ intret in corda ipsoꝝ vbi dicit Aug⁹. Qui alīi nocere desiderat similis est illi qui gladio se transuerberat vt tunicā alterius rapiat. Deinde occidit spūaliter ꝓximum suuz. Quia ſm glo. super epla. j. Joh. iij Qui ex odio psequitur fratrem suum et ad irā ꝓuocat q̄tum in se est ipm in anima occidit. et talis est velut gladius ex vtraq; pte scindens de quo Eccī. xxj. Quasi rvmphea bis acuta omnis iniquitas. Secundo cōmittitur volūtate homicidiuz occidere ꝓponendo. sicut Esau quando dixit. Ueuient dies luctus p̄ris mei et occidam fratrem meum. Geñ. xxvij. Et ꝓpt̄ hoc ꝓpositum malum non inuenit locum penitentie licet cum lacrimis quesiuisset. ad Heb. xij. Tertio in mortem ꝓsentiendo. sicut Achab consensit in mortem Naboth. iij. Regum. xxj. Uerbo cōmittitur homicidiū tripliciter. Primo p̄cipiendo. sicut Herodes precipit occidere pueros. Math. ij. Secundo ad mortez iudicando ordine iuris penitus p̄termisso. sicut fecit Pilatus. Lu. xxiij. Nam q; iudex ordīe iuris ſuato precipit occidi malefactorem vt iusticia seruetur p̄o bono statu reipublice nō peccat. Quia dicit Hiero. super Ezechi. et ponit. xxiij. q. v. c. Qui malos. Qui malos inq̄t percutit in eo q̄ mali sunt et habet vasa interfectionis vt occidat pessimos minister dei est. Et Augus. in questionibus leuiti. Cum homo iuste occiditur lex eum occidit non tu. Ex illo autem patet q̄ minister occidens iussus a iudice non peccat nisi hoc tam minister q̄ iudex fecerint ex liuore vindice vel ex delectatione fundendi sanguinem humanum. vt potest deduci ex dictis beati Augu. li. j. de libero arbitrio. c. iiij. et. xxiij. q. v. c. Miles. Tertio verbo ꝓmittitur homicidium. consulendo. sicut Cayphas qui ait. expedit vobis vt vnus moriatur hō ꝓ populo et non tota gens. Ab illo die cogitauerunt interficere eum. Joban. xj. Opere homicidium committitur tribus modis. Primo ad mortem tradendo. sicut iudas xp̄m. Math. xxvj. Secundo necessaria indigentibus subtrahendo. sicut faciunt qui frumentis abundāt et non vendunt nec famis nec alio necessario tpe nec erogant paupibus sed expectant vt vēdāt carius quod non fecit Joseph qui vendidit frumenta tempe famis. ꝓpter quod dictus est saluator mundi. Gene. xlj. Ideo dicit Sapiēs de vno quoq; talium. Qui abscondit frumēta maledicetur in populis. benedictio autem sup̄ caput vendentium. Prouerbi. xj. Quare etiā dicit Ambro. di. lxxxvj. c. pasce. Pasce dicit fame morientē. Si non pauisti occidisti. de hoc latius supius sermone. xxx. A. Tertio ope cōmittitur homicidium percutiendo. de quo dr Exo. xxj. Qui percusserit hominē volens morte occidere morietur. Sub hoc etiam genere ĩcluduntur ille matres ĩmisericordes qui occidunt pueros siue ex̄tez siue in vtero iam viuentes. Sed hic incidēt aliter queritur vtrū tales pueri sic a matribus occisi et non baptizati patientur penam sensus. De hoc sunt due opiniones. Una est beati Augustini qui vult dicere q̄ post diem iudicij patientur penaz ignis licet minutissimam. Sicut de hoc deducit Lucidius merckelinus in tractatu suo de īstructione simplicium sacerdotum. c. lvij. de hac opinione posui in corpore de sanctis videlicz de sancto Jacobo. sermone. j. tertio p̄ncipali. Alia est opinio mitior que dicit. q̄ non habēt penam sensus. Sed tm̄ damni. de hac opinione est Tho. de argentina. in compen. theol. veri. li. vl. vbi dicit. q̄ post diem iudicij tria loca ert inhabitata. s. celum. infernus. et lymbus. s. puerorum. et hoc dicit contra illos qui locū medium non ponunt inter celum et infernum. de hac opinione est etiam doctor subtilis in scripto super. ij. sentētiaꝝ. qui dicit. q̄ tales pueri nullam habebūt penam sensus exteriozis puta ignis. quia nullam delectationem inordinatam habuerunt cui respondet acerbitas ignis affligentis nec habebunt penam interiorem vt tristiciam. quia si de statu suo tristarētur inuoluntarie sustinerent statum suum et vellent oppositum et ita murmurarent contra dispositionem diuinam et per consequens haberent voluntatem inordinatam. quod videtur absurdū

quia sententia diuina est dispositum q̃ vbi ceciderit lignum ibi erit. et consequenter dicit q̃ ipsi p̃nt addiscere multa in propio genere sic̃ et beati. Non eñ verisimile est q̃ est in eis impedimentum propter q̃ non possunt scientiaz acquirere. vnde videtur probabiliter concedẽ dum q̃ omniũ naturaliter cognoscibilium poterint habere cognitionem perfectius et excellentius q̃ quicunq; philolosophi habuerũt p statu suo vel isto. Et ita aliquã beatitudinez naturalem de deo cognito in vniuersali poterint attingere. Sed de cognitione pticulari dei dicitur vel quod nõ dabitur eis quia esset eis ad tristiciaz quã non demeruerunt vel si huiusmodi cognitionem habebunt non tristabũtur. qz erunt contenti de statu suo scientes deum ita de se disposuisse nec suo statu aliq̃ndo demeruisse. hec ille. Sanctus Tho in scripto. ij. p̃ncipali. q. ij. dicit. q̃ pueri illi non habebũt tristiciam de carentia diuine visionis que nunq̃ debebatur eis cum facultatẽ nature excedat nec erant in statu merendi sicut nullus homo sapiens affligeꝫ de boc q̃ non posset volare sicut auis vel quia non esset rex vel imperatoz cum sibi non est debitum. Ad idem Richardus i scp̃o tertio. q. ij. dicit q̃ ipsi sciunt ex naturalib⁹ deum non posse videre. nec se habuisse vsum liberi arbitrij per quem se disponere potuissent ad merendum et sciunt se in perpetuũ victuros et nullam penam sensibilem habituros. Et ꝺ istozum consideratione. id est de carentia dei visionis non dolent. sed gaudent de bono qꝺ habent. et plus forte habent de gaudio de bonis creatis q̃ multi in hac vita q̃ tamen in tali statu semper permanere vellent. Et addit non credo tamen q̃ p̃dicta consideratio esset sufficiens causa quare nõ doleant nisi adesset diuina prudentia que ab eis excludit dolorem. Et cõcordat doctor subtilis in scripto q̃ etiaz ex dispositione diuina erunt ista corpora impossibilia licet non ex dote impassibilitatis. ita q̃ nec ab intra nec ab extra patientur. et sicut fames nullum inordinatum motuz suscitauit in eis in ista vita. ita nec ibi suscitabit. Et idem doctor subtilis Scotus glosat verba Augus. que dicit in de fide ad Petrum. Tales pueros eterni ignis supplicio puniẽdos. id est supplicio illo qꝺ est in eterno igne cruciandi sunt. vel hoc locutus est contra hereticos qui omnino peccatuz originale negabant et penam pro illo peccato et ideo excessiue locutus est. Et Richardus dicit cum tempasse suum moduz loquendi in Encheridion. xxiiij. vbi dicit q̃ pena eorum erit minutissima. vel aliter potest dici ꝑm Richar. q̃ Augus. accepit boc supplicium p quacunq; pena eterna siue damni siue sensus. Et sanct⁹ Tho. in scripto secundo p̃ncipali dicit. q̃ frequenter nomine ignis in scriptura quelibet pena signari consueuit nec debet mouere illꝺ quẽ q̃ q̃ dominus in iudicio non daturus est nisi duas sententias. vnam venite benedicti. aliaz ite maledicti. Quia multi impij non resurgunt in iudicio. etiam qui non credit iam iudicatus est. Spũale vero homicidium multis modis cõmittitur. Primo per detractionem. de pe. di. j c. homicidiozuz. vbi dicit glo. q̃ detractor dicitur homicida. quia priuat animam vita q̃tũ in se est dum negat eum habere virtutes vel illas minuit quia detrabere est bona que alicui a deo sunt collata minuere vel negare. Sic detrahere est summa iniquitas. vj. q. j. c. summa. Secundo per mali suggestionem vt dicit beat⁹ Aug⁹. et ponitur vbi s̃. c. Noli putare te nõ cẽ homicidam quando fratri tuo malã persuadẽs dicente ps̃. lvj. Filij hominũ dentes eorum arma et sagitte. ideo de diabolo qui suggerit omne malum dicit Jh̃s ille homicida erat ab initio. Joh. viij. Quia non soluz seip̃m occidit sz etiam suggessit p̃mis parentibus preuaricationem et non est intelligendum q̃ diabolus creatus est malus sicut quidam dixerunt ex verbo creatoris superius allegato. Sed est malus factus statim post initium. Et sic exp̃onit vba saluatoris. li. ij. di. iij. c. iiij. magister sententiarũ Tertio per adulationem. iuxta illud ps̃. liiij. Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula. vbi dicit magister in glo. q̃ vbi nos habemus sup oleum alia littera habet adulando. Ideo dicit ꝑpb̃a. cxl. Oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meuz. Qꝺ vbum tractat beatus Greg⁹. in ome. dicens. Impinguat caput peccatoris oleum cum demulcet mentem fauor adulãtis. Et magister super eodem vbo dicens. Oleum peccatoris. i. falsa laus adulatoris et simulata dilectio que mentes a rigore veritatis emollit ad noxia non impinguet caput meum. i. intentio mea non delectetur de adulatione falsaq; laude. Et sꝺit. amat q̃ fideꝫ argui a viro iusto in misericordia et ñ laudari a peccatore cũ irrisio est habeat secuz oleũ qꝺ ille prudentes secum portabant. z non querat oleum peccatoris. hec Greg⁹. Adulatio ẽ multum vitanda qz ad modũ iude sub specie oscula ꝓditionem operatur et sub specie amici interficit. sicut de Joab et Amasa. Nam Joab dixit ad eum salue mi frater et tenuit manu dexterã eius vicz amase quasi osculãs eum qui cum non aduertisset gladium quem habebat ioab ioab pcussit eũ in latere et effudit intestina eius in terrã z mortuus est. ij. Reg. xx. Et hec

homicidia,phibita sunt in illo verbo.non occides.Quantum ad secundum ponitur punitio
E iracundorum cum dicit.ego aũt dico vobis q̃ cunq; irascitur fratri suo.Ubi nota Aristo.li.
ij.de aãlibus dicit.c.iiij.Abaue est animal de magnitudine quasi cerui qđ ꝓtra naturaz omnium aãlium alioz habet fel in aure simile feli hominis in coloze qđ est amarum valde creatiuum vehementis ire.Moraliter hoc anial significat hominem iracundum.Quia irati homines videtur habere fel i aure.Quia q̃tũcũq; componat se homo viuere cum eis pacifice et honeste rõnabiliterq; loquatur.tñ videt sp eis q̃ sit aliqualis lis vl iniuria vnde nihil placet eis perfecte.Diu em̃ portant fel iracundie in aure.qz q̃cquid audiunt in amaritudinẽ conuertunt.Contra quos ꝟ dicit dñs.q̃cunq; irascitur fratri suo reus erit iudicio.vbi dicunt q̃dam.qui irascitur fratri suo sine causa.Sz hiero.dicit.q̃ frustra ponitur ibi.quia nulla põt esse causa irascendi in fratrem.Sed iuste irascitur aliquis culpe fratris.Nam vt dicit Augu.
Irasci fratri vt corrigatur nullus sane mentis reꝓhendit Greg⁹.xxxij.moza.Si nobis et ꝓximis delinquẽtibus irascimur non peccamus.
h Si em̃ sic ꝓximos vt nos amare ꝓcipimur restat vt sic eoz errozib⁹ sicut nostris vicijs irascamur.Uñ nota q̃ ira cõmẽdatur qua irascitur vicijs.Juxta illud ps̃.iiij.Irascimini z nolite peccare.Irascimini inq̃t mgr̃ in glo.peccatis imo vobisipsis de ꝓteritis peccatis et nolite peccare.Cui ꝓcordat Greg⁹.omelia.vj.super Ezech̃.Uere penitẽs bene irascitur duz secum rixatur de his que se male gessisse recolitz sibiipsi displicere incipit.Cũ ille placere icipit qui illum creauit reꝓhendit em̃ se de cogitationibus insequit̃ de ỽbis talibus punit se flendo de factis supnis inbiat.Oia bona terrena pro mentis despectionez calcat.hec ille.Item quedam ira tollerat̃ sicut infirmoz q̃ est subita vt cum hõ ꝑm carnez irascitur nec tñ vult facere ad qđ ira inducit.Jsta ira tollerat̃ qz rõnẽ nõ supat.de qua ỏr.Nõ te supet ira vt aliq̃nẽ oppmas.Job.xxxvj.Quedã ỽo ira vituparur et talis est oĩs ira que rõnem supat.Cui⁹ ꝑm Grego.quatuoz sunt gradus.q̃dam em̃ cito cõmouentur ad iram et cito redeũt ad tranq̃llitatez alij ỽo tarde irascũtur et tarde redeunt.et isti peiozes sunt ꝑmis.vt dicit b.Aug⁹.in regula.
Alij aũt de facili ira accendũtur et tarde redeunt z ipsi peiozes sunt oĩbus.Sz alij tarde irascuntur.et cito irã deserũt q̃ inter oẽs sunt minus mali.Item sunt nõnulli qui non solum tenent iram in coꝛde.Sz etiã oñdunt ỽbis vt q̃ dicit alicui raca,aut fatue grauiꝰ peccãt.Nã ꝑm Augu.et Chriſ.Racha nõ est vox aliq̃d significans.sed solũ motũ indignãtis ai.ꝑm Hiero.ỽo in glo.est hebraicũ.et idem est qđ cenos grece et latine inanis et vacuꝰ.i.absq; cerebro nũcupatꝰ q̃ ẽ ꝓtumelia.Qui g̃ hoc dixerit fratri reus erit concilio.i.ꝓsensu iudicij ẽ dãda sententia ꝓtra eũ.Alij aũt ꝓcedũt ad ỽba determiata dicendo in ira fatue vel alia cõuicia.et vnusq̃sq; talis erit reus gehẽne ignis.Quia dic̃ Chriſ.
Indignũ ẽ hominẽ dicere fatuũ q̃ hz in se spm̃ sctm̃.Quãtũ ad tertiũ ponit̃ satisfactio iniuriatoz cũ subiungit̃.Si offers munus tnũ ante altare ꝛc.Ubi nota.ỏr notãter.Si offers munus tuuz ante altare.in quo ĩuitur q̃ oblatio debet esse volũtaria et de rõne oblatiõis est q̃ volũtarie debet fieri et sacerdotes non debẽt oblationes recipe nisi voluntarie et sponte oferantur.Jux̃ illud Exo.xxv.Aboĩe qui cum offert vltraneus accipietis eas.s.oblationes.
Ad illas tñ oblationes que fiunt in quatuoz festiuitatibus ꝓncipalibus.vt in festo Pasce.Penthecos.assumptionis virginis gloziose.et natiuitatis xp̃i omnes sunt astricte persone saltem cõicantes vt quidam dicũt et ad istã ꝓsuetudinem laudabilẽ tenendã vbi subditi resistere vellent sunt cogendi per ep̃m non per plebanum.Sicut patet per Jnno.iij.extra de simo.ad apostolicam.vbi dicitur ad apostolicaz audientiam frequenti relatione peruenit q̃ quidam clerici ꝓ exequijs mozтuozum et benedictione nubentium et similibus pecuniam exigunt et extoꝛquent.Et si forte eozum cupiditati non fuerit satisfactum impedimeta ficticia fraudulenter opponent.Econtra vero quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam ꝓ deuotione fidelium introductam ex feruoꝛe hereticе ꝓauitatis nituntur infringere sub ꝓtextu canonice pietatis.
Quapropter has ꝓauas exactiones fieri ꝓhibemus et pias consuetudines! ꝓcipimus obseruari statuentes vt libere conferantur ecclesiastica sacramenta.Sed per episcopuz loci veritate cognita compellantur.qui pernicioſe nituntur malam consuetudinem immutare
Ex hac decretali habetur q̃ offertoꝛia quatuoz dierum ꝓdictoꝛum de iure exiguntur z nõ dantes ea per episcopum ad dandum compelluntur.Et dicunt aliqui q̃ illud quod ad mandatum episcopi offertur nomen oblationis retinet.Naz licet in isto casu cogendi sunt ad oblationẽ vt coacte offerãt tñ oblatio ẽ qđammõ volũtaria q̃tum ad quãtitatem vel ad spẽz rei offerende Exquo elicitur q̃ grauiter peccãt sacerdotes curati qui subditum non habentem

vnum denariũ cogunt ad duplum offerendum Etiam deberẽt ostiatim duos denarios mendicare. Et si humiliter petit supportari allegãdo maximã pauptatem non meretur exaudiri Jõ de illis sacerdotibus dicit Sapiens. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis et ipse clamabit ꝛ non exaudiet. Prouerb. xxj. Sz ℟ diceres ꝙ omnis xp̃ianus vltra hos quatuor dies p̃tactos adhuc tenetur ad altare in missarum solennijs offerre. Quia Greg⁹. papa. vij. et ponitur de conse. di. j. Omnis. Omnis inqt xp̃ianus, peuret ad missarum solennia aliquid deo offerre et ducere ad memoriã. ꝙ dominus per Moysen dixit Exo. xxiij. Non apparebis in cõspectu meo vacuus. Ad hoc rñdet Diaconus in rosario. ꝙ hoc intelligitur de oblatione interiori vel bonoꝝ operum vel de cõsilio nec alie oblationes p̃nt de iure peti vt ait Hugo ꝛ Ray. Sed omnibus p̃cipitur ne vacui. i. sine oratione vel bonis opibus ad missaꝝ solennia accedant. ideo debent deo cum summa diligẽtia et orõnes et bona opa proferre et offerre. vt dicunt doc. exponendo illud Exodi. Jaz dictum non apparebis. Et ne sacerdotes habeant occasiones cogendi subditos vt quotidianas oblationes faciant prouisum est eis de decimis et p̃micijs quas de iure petere p̃nt. vt extra de deci. in multis ca. vbi vo decime nõ dantur. sicut in multis locis alamanie et alibi loco decimaꝝ sunt eis alia bona quibus viuere valeant assignata. Si vero sacerdos prochialis adeo esset paup ꝙ non posset quotidianis oblationibus sustentari subditi tenentur ad honorem dei p̃ncipaliter et cõsequẽter ad sustẽtationem sacerdotis munera offerre ad altare. Quia dicit apls. j. Choꝝ. ix. Nemo cogitur p̃ propꝛijs stipendijs militare. Et hoc iniellige si ſb diti possunt sibi subuenire tenentur ad hoc. Si vo non possunt, ppter pauptatẽ non sunt cogẽdi. vt dicit Jnno. Sed posset eis sacerdos subtrahere diuina officia ad tps. vt dicit glo. j. q. j. super. c. Sacerdos. Et hoc ideo vt necessitatem operibus manuũ suarũ sibi eo liberius posset acquirere. Exemplo beati Pauli qui secuit artem scenofactoriam et operatus est eam. Actu. xviij. Et laborauit manibus suis ne quem grauaret. dicit em̃. ij. ad Thessa. iij. Non inquieti. i. vagabundi inter vos fuimus neqꝫ gratis panem manducauim⁹. s. petentes nobis ministrari ab aliquo in laboze scilicz corporali ꝛ fatigatione die ac nocte opantes. s. ad acquirendum victum nostrum ne quem vestꝝ grauaremus. Et dicit notãter dñs in euangelio. Si of ℣ fers munus tuum ad altare et non alienũ q; solummodo oblationes illorum sunt recipiende qui de bonis a deo concessis et bene acq̃sitis offerũt ad altare vel oblationẽ impendũt vt pz ex dictis b. Greg. xiiij. q. v. c. Elemosina. et in c. scptũ est. dicit. Scriptũ est inqt victime impioꝝ abominabiles deo vota iustoꝝ placabilia Neqꝫ em̃ in oipotentis dei iudicio q̃d sz a quo detur inspicit. hinc est em̃ ꝙ scriptũ est. Respexit de⁹ ad Abel et ad munera ei⁹. ad Cain aũt et ad munera ei⁹ non respexit. Et dicit notant recordat⁹ fueris qz frater tu⁹ habet aliquid aduersum te. et hoc p̃t intelligi deo dicente vl dissidente cui⁹ oblatio nõ recipitur nisi fratri recõcilie. Sicut patet ex cõcilio carthagineñ. iiij. et hẽtur di. xc. c. Oblationes. vbi or. Oblationes dissidentiũ fratrũ neqꝫ in sacrario neqꝫ in gazophilatio recipiãtur. Et dicit glo. cũ odiũ eoꝝ apertũ est et notoziũ. oblationes eoꝝ nõ sunt recipiende. et intelligitur de oblationibus volũtarijs non de decimis et oblationib⁹ debitis et p̃mitijs. Et addit p̃dictũ. c. oblationes. ꝙ dona eoꝝ qui opp̃munt paupes similit̃ sunt refutanda. ideo necesse est illis vt p̃us fratrib⁹ suis reconciliẽtur videlicet qui odit odium remittendo. Et q̃ oppssit leso satisfaciendo. et iõ dicit Chriſ. Si cogitatione offendisti cogitatione recõcilia. i. redde amoreꝫ p odio ꝙ aduersus p̃ximum tuũ habuisti. Si vbo offendisti vbis recõcilia siue in facie siue post tergũ. Si operibus offendisti opibus recõcilia et offeras deo munus tuũ aliter nõ recipiet. Quid em̃ proderit tua oblatio si aduersum te erexerit se tui fratris coram deo accusatio nunquid illũ spernet et se tibi placabilem reddet. quasi diceret. nullo modo.

Dominica septima post trinitatis. Sermo.

Vnc liberati

A pctõ fui facti estis deo. Ad Ro. vj. Quintilian⁹ in li. suo declaratõ num ponit talẽ casum. ꝙ q̃dam dives et q̃dã M paup erãt vicini oztulis ipoꝝ cõiũctis. Diues em̃ in orto suo hũit flores paup apes. cũ autẽ inimici eẽnt ad iuicẽ dives p̃q̃stus est flores suos discerpi ab apib⁹ paupis ỏnũcias paupi vt eas trãsferret. paupe vo apes suas nõ trãsferẽte. dives ille flores suos sp̃sit venẽo. apes vo paupis discerpẽtes flores oẽs pierẽt. Spũalit paup ille xp̃s ẽ q̃ adeo paup fuit ꝙ nõ hũit vbi caput suũ poneret Mat. viij. Lu. ix. vbi legit ꝙ xp̃o dixit q̃dã. Sequor te quocũqꝫ ieris. dixit aũt illi vulpes foueas hñt ꝛ volucres celi nidos. filj⁹ aũt hois nõ hz vbi caput suum reclinet. iõ or i ps̃. lxxxvij. paup sũ ego ꝛ i laborib⁹

Sermo liiij.

veri ꝓphete non comẽdant seipsos sed pseudo vnde dr. ij. Choꝝ. iiij. Non em̃ nosmetipsos p̃dicam⁹. s. tanquã actores euãgelij. Sed Jh̃m xp̃m dñm nr̃m. nos aũt ꝟuos vestros. qui ḡ cõtrarium faciunt dicentes statũ suum aut traditiones suas esse meliores alijs si sunt p̃dicatores non sunt veri sed falsi. Quintum signuz est ꝙ veri ꝓphete non indigent cõmendatitijs litteris nec faciunt se ab hoĩbus cõmendari litteris. Juxta illud. ij. Choꝝ. iij. Nunquid egem⁹ sicut quidam. Glo. falsi p̃dicatores et apostoli cõmendatitijs epistolis videlicet ad nostrã cõmendationem ad vos aũt ex vobis scilicz missis. q. d. non. Tales em̃ epistolas impetrãt falsi apostoli ad magis extorquendũ questũ. qui ergo cõmendari se faciunt pseudo sunt et existunt. Sextum signum ꝙ falsi ꝓphete gaudent se cõmendare plusq̃ doctrinã dei. veri aũt ecõtrario quia dicit apostolus. j. Thessa. ij. Neqz querentes ab hoĩbus gloriam. q. d. sed in futuro. Septimum signum qꝛ falsi ꝓphete nõ missi vsurpant sibi potestatem predicandi. sicut dic̃ glo. super illud Et non audemus nos inserere aut cõpere q̃busdã ij. Choꝝ. x. Pseudo iq̃t nõ accepta potestate a deo sed vsurpata domĩari volunt nomine suo vendicãtes. Et ideo non licet forte dicant se a deo missos per inspiratiõz Sicut dicunt omnes heretici non sunt audiendi nisi ꝓbauerint suam missionẽ per ꝓpheciam specialem. Sicut Johannes baptista qui ait. Joh. j. Ego vox clamantis in deserto. Aut per miraculum. sicut Moyses qui v̄gaz conuertit in colubrem. Exo. vij. Et si non cessent a predicatione debent excõmunicari. Extra de here. ex iniuncto. Attamen miracula non essent sufficiens testimoniũ missionis cum fiant frequẽter a malis. j. q. j. Teneamus et maxime in finali ecclesia. ideo suspecta debent esse. Quia dicit dominus Math. xxiiij. Surgent pseudo xp̃i et pseudo prophete ⁊ dabunt signa magna et ꝓdigia. ita vt in errorem inducantur. si fieri potest et electi. illi autem qui nomine suo vendicant autoritatem cum a deo non habent falsi sunt ꝓphete. Octauum signum quia pseudo prophete cum non sint dispensatores sacramẽtorum viuere tamen volunt de euangelio non de labore. quod tamen non fecerunt apostoli. iuxta illud. ij. Thessal. iij. Neqz gratis panem manducamus. s. petentes nobis ministrari. Sed in labore et fatigatione nocte et die operantes scilicet ad acquirendum victum nostrum ne quem vestrum grauaremus non quasi non haberemus potestatem scilicet accipiendi sumptus a vobis scd̃m euangelium. Lu. x. Dignus est operari⁹ cibo suo. Sed vt nosmet ipsi formam alijs daremus ad imitanduz nos quasi diceret ꝟm liram. Si nos habentes potestatem accipiendi sumptus abstinuimus ab hoc viuentes de labore multomagis alij q̃ nõ habent talem ptãtem debent de labore suo viuere. Et ideo dicit Augustinus in li. de ope monachorum. Isti autem fratres nostri temere sibi arrogant quantum existimo ꝙ habeant potestatem scilicet viuendi de euangelio. si enim euangeliste sunt. si ministri altaris sunt. dispẽsatoresqz sacramentoꝝ si sunt fateor habent. q. d. Si non sunt quomodo habent potestatez viuendi de euangelio. q. d. ideo sunt falsi ꝓphete et deceptores. Nonum signum ꝙ viri predicatores et ꝓphete ꝓpter deum et salutem scilicet animarum tm̃ predicant et non propter tẽporale lucrum. Juxta illud. ij. Choꝝ. iiij. Nõ predicamus nosmetipsos. q. d. ꝟm glo. Predicatio nostra non tendat ad gloriam vel in lucra nostra sed in gloriam christi. Sed predicatio pseudo ad contrarium tendit et sentit. Nã super illud ad Philip. Siue per occasionem siue per veritatem christo annunciet̃. dicit gl̃. Pseudo ex occasione euangelizant querentes comoda sua vel pecuniam ad honores quod non fecit Apostolus. ij. Chorinth. xiij. Non quero que vestra sunt scilicet diuicias vestras in auro vel argento. Sed vos. Illi ergo predicatores qui propter lucruz aut propter humanam predicant sunt falsi prophete. Sed quomodo scietur quando predicant ad suam gloriam cum ipsi laudent deum. Respondetur ꝙ predicant non vocati. Contra quos dicitur. ij Chorinth. ix. Qui gloriatur in domino glorietur. Quia ꝟm Glo. non potest ille qui non habet a domino potestatem. talis nisi qui p̃dicat querit gloriam suam et cõstat ꝙ a domino potestatem non habet. quia a deo vocatus est. id est ab ecclesia. Jdo dr ad Hebre. v. Nec sumat sibi quisqz honorem. Si qui vocatur a deo tanquam Aaron vbi dicit Glo. A deo vocat̃ qui ab ecclesia rite accipitur vel instituitur. Decimum signum est ꝙ pseudo prophete simulant se habere maiorem zelum animarum q̃ rectores et pastores ecclesiarum cum tamen eoruz curam non habent. Contra illud quod dicit Glo. super illud facti sumus paruuli inter vos tanquam si nutrix foueat filiolos suos. j. Thessa. iiij. Alienos filios nutrit mulier pro mercede non ex amore. proprios vero dilectione.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Sermo lix.

A Fructibus eorum cognoscetis eos. Mat. vij. Isid. li. vij. Et magister li. xiiij. et Pli. li. viij. na. histo. dicit. Cerastes est serpens cornutus ex vtraq; pte capitis ad modũ arietis circumflexa. Totum em̃ corpus occultat in arena vt non cognoscatur solis cornibus sine cooperculis derelictis que videntes auicule credunt q̃ sint vermes et dum ea capere nituntur a doloso serpente dolo capiunt̃. Et gl. super Gene. penulti. dicit q̃ latitare solet in semitis occultis tendens hominibus et equis insidias et tante venenositatis est q̃ si tetigerit vngulas equi subito perimit equũ et equitez ⁊ occidit. Ideo predictum est de Dan de quo nascetur añ xp̃s. Gene. xlix. Fiat Dan coluber in via cerastes. mordens vngulas equi. Moraliter per hunc serpentem dolosum intellige quẽlibet falsum ꝓphetam et hereticum iniquũ Sz per duo cornua intelligitur veteris et noui testamẽti scriptura. Juxta illud Apoca. xiij. Vidi aliam bestiam ascendentem de terra ⁊ habebat cornua duo. quia deceptor et hypocrita et hereticus duo testamenta habet pro defensione sue deceptiõis. Per corpus autem subaudi peccatum vel corruptionem quia de bonis d̃r Ezechi. j. Duabuas alis velabant corpus suũ quia timore ⁊ penitentia delebant peccatuz suum ꝟm Glo. Et sic peccatum vel malicia significatur hic per corpus. ⁊ hoc totum sub arena humilitatis occultant scilicet apparentis. Nã conuersationes humiles habent tales vt scripturam veteris testam̃ti et noui publicent ⁊ ostendant simplicibus hominibus qui hic intelliguntur per auiculas vt sic ipsos capiant et in anima occidant. de quibus ps̃. Non est in ore eorum veritas cor eorum vanum est. Naz vbiq; insidiantur hominibus vt eos sua falsa doctrina intoxicent q̃ quandoq; equũ ⁊ ascẽsorem. id est corpus et animam in mortez eternam trahant et perducant. ideo tales debem⁹ cognoscere ab eorum operibus vt dominus h̃ dicit. a fructibus eorum cognoscetis eos. q. d Cum aliter sint exterius conuersatione. aliter interius in affectione. Ideo difficile cognoscũtur. tamen a fructibus eorum. id est operibus cognoscetis eos scilicet finaliter quia cum sint mali in se opera bona non possunt facere. In his verbis docet saluator quomodo falsas ꝓphetas cognoscamus. et scd̃m hoc tangit duo p̃mo operum iniquoꝝ pluralitatem ibi. a fructibus. secundo operantium relationem ibi. eorum scilicet falsorum. Pro quo est notandũ arbor licet pulcre et apparẽter floreat tamẽ cognosci non põt nisi fruct⁹ ꝓducat et his maturatis hõ illos gustat. qꝛ interduz post flores dulces et pulcros seq̃tur fructus amarus. Arbor significat hominẽ moralit̃. vt lucidi⁹ patebit infra sequẽti. Iste q̃dem hõ licet interdũ floreat ṽtutib⁹ in castitate obediẽtia et humilitate. et sic de cet̃is. tñ veracit̃ ex his ꝯgnosci nõ p̃t. qꝛ interdũ mali et hypocrite sil̃ant humilitatẽ et alias ṽtutes q̃s etiã faciũt boni ꝓpter qd̃ ab eorum fructib⁹. i. opib⁹ dñt cognosci. Et illorũ q̃dẽ operꝝ maloꝝ q̃ ꝓducũt a se mali deceptores sunt mala. Primũ opus falsoꝝ ꝓphetarũ est ṽboꝝ cõpositio. Nã deceptores cõponunt ṽba sua et sapient̃ loquũtur et eloquẽtes se oñdunt vt simplices decipiãt q̃ nõ faciunt veri ꝓphete aut sacerdotes aut p̃dicatores. quia dic̃ apl̃s. ij. Choꝝ. xj. Nã ⁊si impitus sim ꝟmõ es non sciã. vbi dicit glo. nõ erãt eloquẽtes apl̃i. Sed pseudo ṽba cõponunt. Jõ hoc dixit ad repellendũ dictũ ip̃oꝝ q̃ contemnabant eius doctrinam eo q̃ plane docebat. In hoc tñ faciebant. quia dicit apl̃s. j. Choꝝ. j. Nõ me misit xp̃s baptizare. sed euangelizare. non in sapia verbi vt nõ euacuetur crux christi. i. fides passionis eius. q. d. non in lepore aut in ornatu ṽboꝝ stat predicatio quia religio xp̃iana non indiget pompa aut cultu sermonis. Jd̃o dicit. j. Choꝝ. ij. Predicatio mea non est in ꝑsuasiõibus humane sapiẽtie ṽbis. s. rhetorice loquendo. Sed in oñsione spũs et ṽtutis vt fides nostra nõ sit in sapiẽtia hominũ. sed in ṽtute dei. Secũdum opus est adulatio quia pseudo adulatur q̃stus causa. iõ sil̃es sunt scorpionib⁹ qui sunt ṽmes t̃reni hñtes in cauda aculeũ cũ quo pungũt ferẽtes mortale venenũ. Jõ dic̃ Amb. in exame. Scorpio vultũ habet blandientem. caudã aũt mortiferaz letaliterq; pungẽtẽ. Sic moraliter isti falsi ꝓphete sunt hoies terrena amantes et per faciem blandã vocemq; adulatoriam defraudantes Et primum quidem tl̃es adulatores associant se dominis terrenis ⁊ nobilibus quia qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Math. xj. Et hos decipiunt suis adulationibus dicendo eis. vos estis propugnatores terraꝝ vestraꝝ. vestra deberent esse bona eccl̃iaꝝ q̃ clerici possident. Sic̃ in p̃mis fecerũt heretici pragenꝰ q̃ eo mõ nobilius et laicis adulantes eos ꝯtra doctores et clerũ excitauerũt vt cleꝝ cõpellerent et bona eoruz possiderent. Sed in fide eos letaliter pupugerunt qñ multi in gladio ꝑierũt et ad inferos descenderũt. Jõ dicit apl̃s. ij. Choꝝ. vj. In oib⁹ exhibeam⁹ nos sic̃ dei mĩstros. q. d. Nõ adulãtes. quia ꝟm Glo. dei ministri non adulantur sicut faciunt pseudo. Tertium opus falsorum

deceptorum est hominū circumuentio. naz ipi decipiunt t circumueniūt homines vt dent eis bona tpalia siue in vita siue in morte. Quibus maledicit dñs Math̄. xxiij. Ue vobis scribe t pharisei et hypocrite qui comeditis domos viduarum in orōne longa orantes. q. d. fm glo. Quia vestra persuasione nihil intēditis aliud nisi vt de plebibus satiemi et lucris. Nam tles vt dicit gl. vt religiosiores appareant plixius orant vt ab infirmis quibuscunqz et peccatorz suorum conscientia turbatis quasi patroni laudes et pecunias accipiant. et huiusmodi inueniuntur tam in clero q̄ in vulgo. Sed orō ipsorum fit eis in peccatum quia nec sibi nec alijs possunt perficere. imo pro ipsis orōnibus cuz per eas alios decipiunt se condemnabūt. Per illud aūt q̄ aurum et argentum accipiunt apparet q̄ non est causa salutis quando p̄dicant vel orant. sed est causa lucri. Quia dicit xp̄s suis discipulis Math̄. v. Et Hiero. super Malach̄. dic̄q̄ q̄dā prophete pecuniā accipiebāt t prophecia illorz facta est diuinatio. id est nō esse a deo sed a diabolo. Quapropter veri prophete et p̄dicatores neminem circūueniunt. sicut dicit Apostolus in persona ipsorz. ij. Chorinth̄. vij. Neminem lesimus neminem corrupimus neminem circumuenimus. i. decepimus fraudulentia per rerum suarum ablationem. sicut pseudo faciunt vestra blande aufferendo. Idem sanctus Apo. Actu. xx. Aurum aut argentum aut vestem nullius concupiui. q. d. qui ista concupiscunt sunt lupi rapaces. Et infra dicit ad ea que mihi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus iste. s. exēplū operandi. Tales eñ qui petunt ab eis qui p̄dicant aut alius ipsorz nomine petit videtur simoniaz cōmittere adinstar iesi. de quo legitur iiij. Regum. v. Qui petijt vestes a Naaman siro cui dominus eius et magister Helisee dederat gratiam sanitatis. et p tanto dr Jesi gratiā sanitatis vendidisse Naaman siro. licet petisz illas vestes domino ignorante. vt dicit Greg⁹ nazanzenus. j. q. j. Qui studet. Sed d. q. nō potest p̄dicator ab alijs quibus p̄dicat sumptus petere saltem mendicando. Ad hoc doctores respondent. Si predicat ex ptāte vt tanq̄ verꝰ predicator et pastor pascat gregem suuz pabulo verbi dei. sumptus potest recipere. sed tunc non est mendicitas. sed potestas. Quia dicit apostolus. j. Chorz. ix. Et. ij. ad Thimo. ij. Laborantem agricolam oportet p̄mo de fructibꝰ percipere. Sed q̄ p̄dicator valeat mendicare nusq̄ in sacris libris reperitur. Sed mēdicitas omni xp̄iano saltem potenti laborare phibet. ab aplo a Salomone abhorretur. et ab Augustino at alijs sanctis doctoribus reprobatur. Nam omnes xp̄iani dum sunt validi corpore debent viuere de labore. Juxta illud. j. Thes. iij. Operamini manibus vestris. Sicut precepimus vobis vt nullius aliquid desideretis. Et Augꝰ. Debet inquit suus xp̄i corpaliter operari vnde viuat ne compellatur egestate necessaria petere. Sed si queratur. cuiusmodi piculum sit in petendo necessaria siue in mendicā- L
do. Rñdent doctores. quoniam illi qui de mēdicitate viuere volunt fiunt adulatores. detractores. mendaces. et fures. et a iusticia declinantes. Augꝰ. dicit super illud. ij. ad Thessal. iij. Ut nosmetipsi daremus formam alijs dicit Semetip̄m dabat formam aplis his qui tenuesserant substantia in plebe vt discerent libertatē suaz non amittere. Et infra. Qui eñ ad alienā mensam frequenter conuenit ocio dedit⁹ adulatur necesse est pascenti se. Ecce piculum adulationis. Item super. ij. Thessa. j. dicit glo. Sicut diuicie negligentiā salutis pariunt. ita egestas duz saturari querit a iusticia declinat. Et Prouerbi. xxx. Petit Salomon mendicitatez t diuitias ne dederis mihi ne egestate compulsus furer et periurem nomen dei mei. i. ne copia vel inopia rerum transeuntium in obliuionem decidam eternoz. Sed. d. q. Nonne opus perfectiōis est relinquere omnia pro xp̄o t postea pro xp̄o mēdicare. Rñdent doctores q̄ omnia p xp̄o relinquere et sequi xp̄m imitando in bonis operibus opus perfectionis est. Jux̄ illud Math̄. xix. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurū in celo et veni sequere me videlicet bene operādo. fm glo. non dicit mendicando. quia xp̄s nunq̄ mendicauit. Sed mē M
dicationem apostolis suis phibuit cum dixit Lu. x. Nolite transire de domo in domum scilicet panem mēdicando. sed in quācunqz ciuitatem intraueritis t susceperint vos manducate que apponūtur vobis. Et dicit. et suscepint vos. vult q̄ non deberent propio motiuo intrare domos et mendicare sicut faciunt nunc quidam ociosi nolentes operari et laborare. Contra quos dicit Aplis. ij. Thessa. iij. Audiuimus inter vos quosdā ambulare in quiete nihil operantes curiose agentes. his autem qui sunt eiꝰ modi denunciamus et obsecramus in dño Jesu xp̄o vt cum silentio id est quieti nonvagabūdi opantes suum panem manducent propio labore acq̄situm non alienum. Sed diceres. qualiter viuere debet vir perfectus postq̄ reliquerit omnia. Rñdetur aut debet laborare corpaliter manibus sicut apostoli fecerūt qui propt deum omnia reliquerant. de hoc s̄. sermo. lvj.

O.P. Aut debet intrare religionem vbi habz necessaria vite quia in religione debent habere omnia cõmunia. Act. iiij. vbi ór. Erunt illis omnia cõmunia. vt nullus egebat inter eos super quo edita est constitutio ecclesiastica. xij. q ij. Uidentes. vbi ór. De rebus ecclesie. i. ꝓgregationis fideliũ que ór ecclesia episcopi et dispensatozes fideles eoz omnibus cõmuni vita degere volentibus mistrare cuncta necessaria debent ꝓut melius poterunt vt nemo egens inter eos inuenitur hoc ibi. Sed contra boc ista ret quis ꝙ xps mendicasset et certi hoc dicentes assumunt per se illud Joh. iiij. vbi dominus dixit ad samaritanum. Da mihi bibere. Ad qd rñdetur ꝙ xpus mendicauerit vel etiam discipuli eius nusq̃ inuenitur. et non credo ꝙ illud xps per se fecerit quod apostolis ꝓhibuit cum ipse ꝓus cepit facere et postea docere. Actu. j. Sed ꝙ dixit. da mihi bibere. dicunt doctozes ꝙ non fuit mendicitas cum sit vsus cõmunis aquarum. Nec bibere volebat aquam cozporalem cum non comedisset. sed miserat discipulos in ciuitatem vt emerent cibos. Et ór ibidẽ ꝙ petebat aquam spũalem. id est fidem et ãmonebat eam vt peteret spñsanctum. vt glo. ibidem vult. Item ꝙ dominus Jesus non potuerat mendicare ab illis quibus ꝓdicauit. patet sic. Constat enim ꝙ pastoz erat. Joh. x. Ego sum pastoz bonus. Sed pastozem siue ꝓdicatorem sumere sumptus ab eis quos tãq̃ gregem pascit non est mẽdicitas sed ptãs. vt dicit glo. ij. ad Thimo ij. Laborantem agriculam ꝓmuz oportet de fructibus accipere. et. j. ad Choz. ix. Quis inquit gregem pascit et de lacte non manducat? vbi dicit Glo. Lac gregis dicit qcquid a plebibus datur. Cum ergo christus eẽt pastoz et missus ad ꝓdicandum relinquitur ꝙ ab illis quibus ꝓdicabat non poterat mendicare. ĩmo qui dicunt eum mendicasse non dicunt eum pastozem fuisse missum a patre. et per consequens non extitisse messiam ꝓmissum in lege vt filium dei. Et qui boc dixerit vel dicit destruit fundamentum xpiane fidei. et non est tm̃ hereticus sed heresiarcha. ꝙ dominus dixit Lu. xix. Zachee festinans descende. ꝛc̃. Non fuit mendicitas sed vrbanitas. Sciebat eñ dominus ꝙ Zacheus et si nondum inuitauerat, euz tamen inuitandum gerebat animum. quia dicẽ glo. Non inuitatus inuitat quia ꝛsi non audierat vocem inuitantis. audiebat tamen affectũ Ex his dictis doctozum apparet ꝙ qui circũueniunt homies vt dent eis bona temporalia siue mendicando siue alio modo non sunt vere ꝓphete sed falsi deceptozes a quibus hortat dominus caute cauendum. cum dicit. attẽdite a falsis ꝓphetis. Quartum opus falsozum ꝓphetarum est veritatis impugnatio. Si enim ꝓdicatur eis aliqua veritas que isolita est aspera videtur irritant et latrant contra eos tanq̃ canes. nonne hec est plana veritas ꝙ omis populus xpianus die dominico ꝑsertim ex ꝓcepto debet esse in ecclesia sua prochiali et ibi audire missam nec egredi ante benedictionẽ sacerdotis. qd si nõ fecerit debet ab episcopo publice confundi. i. grauiter cozripi vel excõmunicari nisi magna necessitas excuset. vt dicitur de consec̃. di. j. c. Missas. et. c. se. et. c. Omnis fidelis. Attamen ꝓtra banc veritatem quidaz falsi ꝓphe et ꝓdicatozes latrant nec boc esse ꝓceptum affirmant. Sed dicunt. sufficit oi xpiano mane audire missam vel alibi nec necesse est missam summã in ecclesia parrochiali expectare. Ideo dicit Archidiaconus in rosario. Pessimus vsus est apud quosdã in dñicis dieb⁹ siue in qbusdã festiuitatibus mox missaz celebzare. q̃ quis et si ꝓ defunctis sit cum audierit abscedit. et per totum diem a ꝓmo mane ebzietati et comestioni potius q̃ deo deseruiat. Admonẽdus est populus vt ante publicum ꝓactumq̃ officium ad cibum non accedat. sed omnes ad publicam sanctam matrem ecclesiam missaruz solennia et ꝓdicationem audituri conueniant. hec ille. Et sicut bic dicitur de qbusdam falsis ꝓdicatozibus contra veritatem latrantibus. Sic etiam idem ór de falsis auditozibus q̃ etiã contra veritatem istam latrant vt canes. et dimissis veris ꝓdicatozibus qui veritatem ꝓdicant ad falsos conuertũtur. Sicut ꝓdixit apostolus. ij. Thimo. iiij. Erit tempus cum sanam doctrinã non sustinebũt. Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros ꝓuriẽtes auribꝰ et a veritate quidam auditum auertent et ad fabulas conuertẽtur. q. d. vadũt ad illos q̃ ea docent que libenter audiunt quia veritas eis aspera videtur. vt dicit glo. Illi ergo ꝓdicatozes vel auditozes qui latrent cõtra banc sancte ecclesie veritatem. vel quãtumcunq̃ aliam et ꝓcurant vt veritas taceatur falsi sunt ꝓphete a quibus hortatur dominus cauere cum dicit. attendite a falsis ꝓphetis. Quintum opꝰ falsorum ꝓphetarum est contentio. contendũt eñ per lites quidam si ab hominibus nibil suscipiant vel nisi eos in hospicia suscipiant. ꝙ tamẽ veri apostoli et ꝓdicatozes non fecerunt. Juxta illud. j. Choz. xj. Si quis aũt contentiosꝰ videtur esse nos talem ꝙsuetudinem non habemus. neq̃ ecclesia dei scilicet collecta de gentibus. Quare autem non sunt contentiosi veri ꝓdicatozes. causa est ne videãtur appetere aliquid terreni. cum dixit dominus ad apostolos

Math.x. Quicunq; non receperit vos excuti te puluerē de pedibus vestris.i.terrena de affectionibus vt ostendatis appetitum terrenorum non esse in vestris affectionib⁹.vt dicit gl'. Sextum opus est dñorum irritatio.nā falsi ꝓphete non recipiūt ab his emolumenta quibus predicant.dominos terrenos eis fauorabiles ꝯtra eos interdum ꝓuocant aut irritant quod tamen non fecerunt veri apostoli. Naz legitur de sanctis Simone et Juda. Cum autem rex iratus iussisset copiosum ignē accendere vt pōtifices qui apostolos recepissent aut eis restitissent cōcremaret.dixerūt apostoli. Obsecramus dñe ne efficiamur causa interitus ip̄orum qui pro salute hominū huc missi sumus vt viuificaremus mortuos viuētes ne occidere videamur. Septimum opus aut fructus eorum est arrogantia siue superbia. Nam de fructu quē debent de ecclesia facere arroganter se iacent dicentes. Nos illuminam⁹ ecclesiā vniuersam vel docentes ante tempa nostra erant ceci. et extinximus flammā peccatoꝝ in ecclesia dei. cum forte magis ꝓmouerint hypocrisim.ꝙ tñ veri ꝓphete non fecerunt.quia dñs de Ezehiele dixit.c.iij. Fili hominis dedi faciem tuaz vt adamantem. Adamas despecte forme est attñ attrahit ferrum et tñ non inde mutatur nec extollitur. Simil'r verus apostolus in p̄dicatione sua attrahit durissimos peccatores quorū cor indurabitur quasi lapis. Job.xlj. Non tñ inde extollitur.quia dicit cum alijs bonis illō ps̄.cxiij. Non nobis domine non nobis. sz nomini tuo da gloriam. Octauum opus est glorie ꝓprie acq̄sitio. Nam pseudo ꝓphete quer̄t gloriam ꝓpriam non xp̄i. Juxta illud Joh.vij. Qui a semetipso loq̄tur gloriam suā querit. q̄ autem q̄rit gloriā q̄ misit illum.i.a quo dixit se missum verax est.illi ergo q̄ querunt ea que ꝑtinent ad gloriā mundi huius.quoꝝ vnus est regnantibus assistere. Juxta illud Boe. de ꝯso. Qui in persona extolli cupiūt aut ipsi regnant aut regnātibus adherere cupiunt seu conātur Alterum vero est velle vincere vbi non est premium apud deum.vnde sup illud Gall'.v. Nō efficiamur inanis glorie cupidi.dicit glo. Inanis glorie est vincere velle vbi non est p̄mium qui em̄ talia querūt falsi ꝓphete sunt. Nonum opus falsoꝝ ꝓphetarum est inimicorum oditō Nam sup illud Hiere.xxiij. A ꝓphetis Hierusalem egressa est pollutio super omnē terrā. dicit glo. Non sufficit eis ꝓximos ledere sz quos semel oderint per totum orbem conātur diffamare. Sed non sic veri apostoli q̄ diligebant inimicos suos iuxta mandatū dñi. Math.v. Diligite inimicos.

De eadem dominica.
Sermo tertius.

Omnis arbor que non facit fructum excidetur. et ī ignem mittetur. Math.vbi s̄. Dicunt naturales ꝙ quelibet arbor ad suam fructificationē indiget triplici fomento exteriori. Primo indiget terra cuius humore nutriatur.et si in vna terra non ꝓficit in alia conualescit.iō videmus ꝙ prudētes ortulani trāsferunt de loco ad locum arbores ꝑuas et herbas euellendo eas radicitus de terra in q̄ steterunt p̄us.et per talem transplātationē arbores fiūt fructuose q̄ p̄us fuerūt inepte. Secundo indigent sole cui⁹ v̄tute humor q̄ in medulla est dirigeť et p̄paret ip̄m humorem decoquēdo vt sic dispositio ad fructificādum emittať. Tertio indigent tempe quia non omni tempore arbores plantate solent eque fructificare. Nam dicit Constanti⁹ ꝙ arbores q̄ plātātur in recteplenilunio minus ꝯualescunt.et si ꝯualuerint fructum faciunt v̄miculosum.et fructus tunc plantate arboris citius putrescunt. Sil'it arbores indigent hieme ad humores restrigēdos vt meli⁹ in vere sint parate et vnite ad fructus ꝓducēdos.ꝙ si spergētur dicti humores per meatus terre suam amitterēt v̄tutem. Indigent etiam vere in quo arbores pullulant et dissoluitur ꝯglutinatio frigoris v̄tute solari q̄ erat in humoribus arboris vñ fructificare dēt Indigēt insup estate ad fructuū maturationez replectionē et collectionez. Moraliter hō isto modo vt fructificet indiget tribus. Primo indiget terra humilitatis cui⁹ humore fructificat ope v̄tutis et pietatis. Nam sine humilitate ñ valent v̄tutes alie. Jō dicit Aug⁹. Humilitas v̄tutum omniū est caput q̄ velut fouet et sustinet bonoꝝ omniū totum corpus. Quapropť xp̄s verus ortulanus quē Maria magdalena ortulanum estimauit. Joh.xx. Transtulit multos hoīes de terra alta elationis ad terrā vallosam humiliationis.vt Paulum Augustinū. et sic de alijs. Et qui p̄us infructuosi extiterūt postmodum fructum multiplicem ꝓduxerunt. Secūdo indiget sole caritatis.quia dicit Gre. Nihil habet viriditatis ramus boni opis.nisi maneat in radice caritatis. Tertio indiget tēpore.i.discretione que in omni ope est apponēda. Quia dicitur.j.q.j.c. Presentium. Discretio mater est omnium virtutum. Et sicut arbor quo ad tempus tria requirit. Sic et homo ad bene operandum tribus necessario indiget.videlicet hyeme tribulationis et angustie. Nam

multotiens deus immittit hyemem tribulatio nis et angustie. et sic transfert eos per contritionem et confessionem in ortum ecclesie et facit eos fructiferos et fertiles qui ꝑus fuerũt infecundi et steriles. vt dicit Hol. lec. xlix. Itẽ indiget vere diuine gratie. quia dicit dominus Joh. xv. Sine me. i. gratia mea nihil potestis facere. Item indiget estate. i. vita presenti. qz in futuro nullꝰ potest bene opari. quia ſm ps. ciij. Exibit homo ad opus suum. i. ad opationem bonoꝝ. s. operum vsqz ad vesperam scilicet mortis. et deinceps non. Item dicit dñs in ꝟbis allegatis. qꝫ omnis arbor. i. homo q̃ non facit fructum bonum. s. in presenti vita excidetur et in ignem mittetur. In q̃bus verbis ꝓncipaliter tria insinuat. ꝓmo hominis ociositatẽ ibi. omnis arbor. secundo mortis ineuitabilitatem ibi. excidetur. tertio ignis intolerabilitatẽ ibi. et in ignem. Quantum ad ꝓmum ponit hominis ociositatem cuz dicit. omnis arbor que non fert fructum. Ubi nota. Hol. super li. saꝑ. lec. xlvj. dicit qꝫ in scriptura homo arbori comparatur. iuxta illud Math. viij. Uideo homines vt arbores. habent eñ quãdam similitudinem viuendo. crescendo. fructum ferendo. et similiter decidendo. Primo eñ habent similitudinem in viuendo. arbor eñ non viuit nisi q̃ calorem terrestrem. Sic nec moraliter viuit homo vita gratie nisi per humilitatẽ suam et caritatem. humilitas oritur de terra. i. de consideratione qꝫ terreni sumus et in terrã reuersuri et in breui. vnde sicut ille arbores que radices suas ꝓfundius in terrã figunt diutius viuunt ꝛ stant stabilius. Ita illi homines qui se diligentius et apertius terrenos esse cogitant viuũt fortius vita gratie. et firmius stant ꝓtra tẽptationes varias culpe. Arbores similiter plãtate in planitie vel in vallibus minus excutiũtur vel fatigãtur a ventis q̃ ille que stant in montibus. Quia dicit Aris. in ꝓbleuma. et Pli. in naturali histo. Alte nimium arbores subito exarescunt. Et ratio est qz tales arbores ob sui elongationem a terra humorem suũ difficulter sursum trahũt. quare deficiẽte humore arescũt Ita persone humiles refugiẽtes dignitates et ambitiones huius mũdi. Et quia xp̃us fuit humilis. ideo qui suas radices figit et fundat in xp̃o viuet et crescet et fructum faciet. sicut docet Joh. xv. Ego sum vitis vos palmites. Et sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite. Sic nec vos nisi in me manseritis Secundo assimilatur homo arbori in crescendo quia quãuis inferior pars terre adheret potior tamẽ et pulcrior pars supemínet tendens aduersus celum. Sic moraliter licz necessario oportet nos aliquam similitudinem circa terrena habere. tñ ꝓr pars voluntatis nr̃e debet tendere, ꝟsus celum. Juxta illud Isa. xxxvij. Qñ saluatũ fuerit de domo vestra et q̃d relictum ẽ mittet radices deorsum et faciet fructum sursum. Tertio assimilatur homo arbori in fructũ ferendo. Sicut eñ arbores ꝓmo germinant. secundo florent. tertio fructum portant. Ita homo ꝓmo germinat bonis cogitatiõib⁹. floret deinde bonis voluntatibus. et tertio fructificat bonis opationibus. Quia dicit Chrisome. xxxij. Semen sunt bone cogitatiões. flores bone voluntates. et fructus bone operatõnes. quia arbor bona fructus bonos facit. Circa qñ nota qꝫ talis ꝓncipaliter facit triplicẽ fructum. Primus est fructus moralis sanctitatis qui consistit in operibus penitentie iustitie et cultus dei. Et qui hunc fructum non facit morietur morte turpissima et punietur pena ignis eterni acerbissima iuxta ꝟba thematis. Oñis arbor que non fert fructum. q. d. Que stat ociosa excidetur ꝛc. Quare ór Lu. iij. Facite fructus dignos penitẽtie. Est aũt de merito hois et de opibus penitentie et elemosine. sicut ẽ de fructu palme. dicitur eñ de palma qꝫ eius fructus est inutilis donec palma fuerit cẽtenaria. Nam legitur in historia Alexandri. qꝫ milites eius comedentes dactiles palmaruz iuuenum mortui sunt. Moraliter iustus ꝓpatur palme iuxta illud ps̃. Justus vt palma florebit. Justi autem opera non apparent dulcia vsqz post cẽtum annos. id est post finem ꝑntis vite. Quia vita hominis durat ad centum annos. Juxta illud Eccl. xviij. Numerus dierũ hominis centum anni vt plurimuz. Et ideo oportet interim patienter expectare. Jaco. v. Patientes estote fratres vsqz ad aduentũ dñi. glo. qui reddet vobis mercedez. Exemplũ ponit. Ecce agricula expectat ꝑciosum fructum terre patiẽꝫ ferens donec recipiat tempaneum. i. ꝓmitiuum fructum et serotiuum. Sed dolendũ est de multis sicut de illa ficulnea de qua narrat Mat. xxj. vbi dicitur. qꝫ Jesus mane reuertens in ciuitatem. s. feria secunda Palmarum esuriit. et videns ficí arborem vnam secus viaz venit ad eam et nihil inuenit in ea nisi folia tm̃. maledixit ficui et ait. nusqꝫ nascet ex te fructus in sempiternum ꝛ aruit statim. Jsta ficus vt dic̃ hol. lec. xl. significat diuites auaros quos deus dilauit vt fructificent per elemosinam. xp̃us esurit quotienscñqz pauper esurit. sicut ipse dicit Math. xxv. Esuriui et non dedistis mihi manducare. venit ad ficulneam quando paup venit ad diuitem et nihil inuenit nisi folia. quia nihil sibi pauper recipit nisi verba amara. In-

dñica octaua post trinita.

dubitanter tali ficui deus in die iudicij maledi cet quando eis dicet. Ite in ignem eternuz. Et ideo signanter dicit Sapiens Eccs. v. Qui amat diuitias videlicet eo modo quo auar⁹ fructum non capiet ex eis. non dicit qui habet vel qui dispensat. sed qui amat ad seruandum. naz de illo aduenient morte ðr illud Danie. iiij. Succidite arbores et dispergite fructus. quasi diceret. vos contrarij humores succidite arborem. et vos executores dispergite fructus eius. Nam humores repugnantes in corpore faciunt carnis corruptionem. Et executores diffinire faciunt opum dispersionē. et tunc primo experiretur q̄ qui amat diuitias fructū nō capiet ex eis. Dicit Aris. de vegitabilibus. q̄ arbores quedam plantate in distempantis locis faciunt p̄mo fructus acidos et postea dulces et tandē amaros. et fructus talis piramidatur in vtraq; extremitate et in medio habet figuram latam Moraliter pauper homo dat⁹ omnino mundo et totam intentionem suam extendens ad hoc q̄ tempaliter fiat diues facit in p̄ncipio fructum valde acidum et acutuz ieiunat vigilat parcit laborat et seruit. et nl̄ dulcedinis est. ptunc in operibus suis. Sed postea cum factus fuit diues ad tempus ludit et expē dit et iocundatur soleniter. et tunc est fruct⁹ suus dulcis. Sed hec dulcedo non durat. Naz statim tendit ad mortem et tunc oportet disponere de testamento et relinquere alienis diuitias suas. Et ille fructus nec apparet sibi acid⁹ nec dulcis sed amarissimus quando debet dimittere terras quas coluit. prolem quaz genuit. aulam et cameram quas curiose edificauit filios et filias et vxorē quas amauit. Et de talibus verificatur illud Sap. iij. Uacua est spes illorum et labores sine fructu. Secundus fructus quē faciunt boni homines est fructus doctrinalis fertilis et istum fructum exigit xps a doctoribus p̄dicatoribus et platis. Quib⁹ loquitur Joh. xv. Posui vos vt eatis et fructuz afferatis et fructus vester maneat. Et Sapiē. xvj. Non vanitatis fructus pascunt homines sed sermones tui domine hos qui in te credūt p̄fuant. De istis autē arboribus valde dolendū est q̄ quedam arescunt per nimiam siccitatem. quedam frutescunt per nimiam curiositatem. quedam marcescunt per nimiaz venti vrē tis malignitatem. Primo quidam arescunt p nimiam siccitatem qui non habent humorē deuotionis nec zelum animarum. de quib⁹ Ozee ix. Radix eorum exiccata est nequaquā faciet fructum. non sicfuit de p̄dicatoribus plantatis in ecclesia p̄mitiua. imo ipsi fuerunt irrigati per gratiam et contemplationem inebriati. Eccī. xxiiij. dixit. rigabo ortum plātationū et inebriabo partus mei fructus. Secundo quedam frutescunt per nimiam curiositatem quā do parui surculi. i. parui frutices crescunt circumquaq; circa arborem tunc subtrahunt ab ea humorem. ita quandoq; studia. s. curiosa et subtilia q̄ circūponuntur menti hominis subtrahunt ab eo deuotionem p̄dicandi verbū dei Sed per oppositum est de bonis. de qb⁹ Ozee x. Frondosa israel fructus adest ei. Tertō quedam marcescunt per venti vrentis malignitatem. Et sunt tales qui dimittunt p̄dicare propter obloquia detractiões et odia. ꝛ hivocātur in canonica Jaco. Nubes sine pluuia que a vē tis circumferūtur arbores autumnales infructuose. Tertio fructus est fructus eternalis felicitatis qui p̄cipietur quando xps dicet aime de corpore recedenti. Prouerbi. xxxj. Date illi de fructu manuū suarum ꝛ laudent eū in portis opera eius. Istos fruct⁹ contemplādo gustare debem⁹ si p ipsis habendis pugnare velimus fortiter. in cuius figura malagranata ficus et vue filijs israel ostensa fuerunt et allati fructus et vue de terra p̄missionis antequā intrarēt. Numeri. xxiij. Quia alias tāte difficultatis terram non desideraſſent. isto modo beatus Andreas fructum celestiū dulcedinem gustauerat. ideo tantū ad illas anhelabat q̄ per arborem crucis quasi per scalam ad eos capiendos ascendit dicens. Cantico⁹. vij. Ascendam ad palmam et apprehendam fructū eius Quarto assimilatur arbori in cadendo. arbor enim que diu creuit et vixit et tandem de sento deficit et ad illam partem cadit versus quam viuendo ramos plures extendit. Sic homo moriens ad illam partem cadit ad quam plures cogitationes et affectiones viuendo transmisit. Si in terram extendit ramos affectionū cadit ad infernum. Si in celum illuc etiam deportatur. Juxta illud Ecclesiastes xj. Si ceciderit lignum. id est homo qui a philosophis dicitur antropos. hoc est arbor euersa siue ad austrum. id est partem electorum. siue ad aquilonem. id est ad partem reprobozum. vbi ceciderit ibi erit eternaliter. Ubi nota nota homo est moraliter sicut arbor. Sed q̄ dolendum est multe arbores faciunt fructus inutiles et acerbas ad manducandum. sic et homines. nā sūt quidam fructus peccantium nimis mali et dānosi pleni vermibus corrosiuis. Quidaz pleni humoribus inflatiuis. Primi sunt fructus lasciuie et carnalis dilectionis. hi sunt pleni vermibus videmus interdum pomum pulcerrimi colozis exterius et suauissimi odozis et tamen intrinsecus latet vermis. et inuenitur totum

corrosum. Isto modo suggestio voluptatis apparet exterius suauis et delectabilis tempore temptationis. et cum scelus fuerit perpetratū inuenitur vermis corrodens conscientiam. q̄ nec interficiatur in hac vita viuet in eternum. Isa. vlti. Vermis eorum non morietur. hic est vermis qui momordit hederam sub cuius vmbra Jona delectabatur. Jone. iiij. Letatus est Jonas letitia magna que statim post morsum vermis aruit. Moraliter hedera est pax conscientie sub qua Jonas qui int̄ptatur columba. id est simplex et innocens delectabatur vermis aduenit sub delectatione et statim hedera aret quia conturbatur conscientia actu transeunte et reatu manente. Ideo valde fatuus est qui istum vermem non interficit quāto citius potest. Et sic puer frangens pomum pulcerrimuz de quo sperabat se habere bonū cibū. reperit se deceptum cum inuenerit interius vermem turpem ita temptatus de libidine. delectatione transacta et verme in remorsu conscientie apparente iudicat se fuisse deceptuz. De quo loquitur Apostolus ad Roma. vj. Quez ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. nam finis illorum mors est. sed absit quia tales sunt peiores q̄ Cain q̄ obtulit deo de fructibus terre spicas corrosas conculcatas et a bestijs contritas. Bene. iiij. Utinam saltem isti inueterati dierum malarū qui corrosi sunt per vermes infinitos in cōscientijs conculcati per bestiales delectationes a iuuentute sua et vsq̄ ad senectam et senium et vellent tamen in fine dierum suorum offerre se deo per penitentiam et sacrificium vespertinum. Sed notandum q̄ in vetere lege et in primitiua ecclesia dabantur primitie de fructibus modo vix dantur decime. Ita olim habuit ecclesia vouentes continentiam in sua iuuentute et dabantur deo primi fructus. quia ipse est verus papa et pater pauperum cui clamamus abba pater. ad Galla. iiij. Et ideo sumite d̄ optimis terre fructibus in vasis vestris et deferte viro munera. Bene. xliij. Offeramus primogenita terre nostre et primitiua vniuersi fruct⁹ Nee. x. Secundi fructus scilicet pleni saporibus amaratiuis sunt fructus auaricie et mun
Q dialis possessionis. Quicunq̄ em̄ est ille qui rebus mundi incumbit acquirendo possidēdo vel exponendo frequenter amaritatur et p̄turbatur quando videatur in pace viuere. p̄s. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amarissima Aliud etiam notandum q̄ comedentibus poma cruda et fructus immaturos sani cibi fiūt insipidi. Sic etiam quia delectantur in diuitijs vel conseruandis vel disponendis aut dispensandis cibus anime qui non perit est cibus verbi dei cibus deuotionis et orationis et p̄templationis apparet insipidus. In cuius figurā legimus Josue. v. Quācito filij israel inceper̄t vesci de fructibus terre promissionis et fructibus statim defecit manna diuine dispensationis. nec amplius descēdit de celo. Isto modo est de diuitibus habentibus consolationem h̄ in terrenis. deficit enim eis consolatio quam habent sancti de diuinis. Unde Augustin⁹. j. de trinitate. c. x. Contemplatio est illa spes q̄ rapit omnem hominem desiderio sui et tāto ardentiorem q̄to mundiorem. et tanto mundiorem q̄to ad spiritualia surgentem. et tanto ad spiritualia surgentem q̄to carnalibus et terrenis desiderijs aut affectiōibus morientez. Sz exquo fructus administrationis temporaliuz est amarus et aliquas personas in ecclesia dei oportet ministrare temporalia qūo poterūt isti fructus dulcorari. Certe dicendū ſm Aristo. li. ij. de vegetabilibus. Fructus amarus miss⁹ in ignem et assatus efficitur dulcis. Sicut patet de pomis que sunt nimis acerba ad comedendum cruda quando assantur ad ignem fiunt satis dulcia. Isto modo vos qui estis occupati in vita actiua circa administratiōes tēporalium. frequenter gustantes amaritudines mundi et occupationum circa plurima. si vultis occupationes facere dulces oportet q̄ assetur bene in igne caritatis ne sint crude. q̄ dicitur. j. ad Chorinth̄. vj. Omnia opera vestra fiant in caritate. Exodi. xij. Non comedetis ex eo crudum nec coctum aqua. Sed assatuz tm̄ igni. vnde omnia opera vestra bona que habetis ad dei honorem et ad vtilitatem p̄ximi referatis. quia qui sine caritate amant diuitias. fructum non capiunt ex eis. Et nisi hoc feceritis timere poteritis. Illud Hiere. xxij. Cōfundemini a fructibus vestris p̄opter furorē domini. Et Hiere. xxj. Uisitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum. Tertij fructus inutiles sunt fructus superbie et ambitionis. et isti sunt pleni humoribus inflatiuis. de quo fructu p̄s. x. Uisitabo super fructus magnifici cordis. licet enim reuerentie et honores suauiter sapiāt tamen periculose inflant. Naz in hist̄oria Alexandri narrat q̄ milites sui in india inuenerunt ita dulces fructus q̄ in comedendo de eis non poterant satiari. vnde factū est per nimium esum illorum q̄ magna orriebatur strages et pestis inter eos. Sic moraliter fructus bonorum et reuerentiarū sunt ita dulces vt difficile est saciari de eis. Bonum est tm̄

dñica octaua post trinita.

cum talibus fructibus inflatiuis comedere sal et ita expedit affectus honoris et nobilitatis seculi salsare sal discretionis et modestie. quia dicit Job. vj. Nunquid poterit comedi insulsū quod non est in sale conditum. et sic vti conuenit honoribus seculi virtuose. quia fatuum esset subditos docere honorare nisi esset qui deberet honores recipere. Et ideo dicit Aristoteles vj. thopicorum. q̄ omnes homines appetunt honores ideo ambitiosus diffinitur ſm eū sic ibidem. ambitiosus est appetens honores. Apponendum est igitur sal sapientie et discretionis. et sic vtendum est fructus honoris laudabiliter. Eccī. xxvij. Est sapientia anime sue fructus illius laudabilis. hec sapientia est humilitas. quia Prouerbio. xj. Ubi est humilitas ibi est sapientia. Et similiter Eccē. xj. Sapiētia humiliati exaltabit caput suum hoc est de iusto. Isa. xxxvij. Mittet radices deorsum et faciet fructum sursum. Quātum ad secundum ponit mortis inuitabilitatem cum dicit. excidet scilicet per mortem arbor scilicet que est otiosa. et fructum non producit excidetur et ꝯcrematur. Sic et homo qui non facit fructum bonorum operum aufferetur de medio iustoꝝ. Sicut figuratum est de arbore fici. Lu. xiij. Quā habuit quidam plantatam in vinea sua. et venit querens fructum in ficulnea hac et non inueniens dixit. Succide ergo illam vt quid etiam terram occupat. Per quam figuram moraliter innuitur q̄ otiosi peccatores interduz expectantur a deo per tres annos scilicet iuuentutis virilitatis et senectutis. Et cum viderit q̄ nollunt ferre fructum excidit eos per mortē tradendo eos igni infernali sicut factum fuit ō diuite epulone. Lu. xvj. de quo dicitur Mortuus est diues et sepult⁹ in inferno. et hoc heu multi non recogitant qui hic dies suos expendunt in ocio nec fructus bonorum operum ferunt. Ideo conqueritur beatus Bernard⁹. Nihil pretiosius tempore. et heu hodie nihil vilius inuenitur. transeunt dies salutis ꝛ nemo recogitet sibi perire diem et nunq̄ redditurum causatur. Sed sicut capillus de capite non peribit. Sic nec momentum peribit de tempore. hec ille. Et hec est p̄ma excisio hominis inutilis in hac vita per mortem corporalez que ſm Aristotelem de po. et morte. Nihil aliud est q̄ recessus anime a corpore. Secundo excidetur a consanguinitate huius mundi delectatiōib⁹ et diuitijs. Quia dicit pſ. Homo cum interierit non sumit omnia neq̄ descendet cuz eo gloria eius. Et Lu. xix. dicit dominus. Omni habenti dabitur et abundauit. quasi diceret. Habenti spirituale bonum dabitur eternum abundanter. et qui non habet spūale bonum vt vtutes aufferetur ab eo scilicet temporale. Et illa excisio grauis erit illis peccatoribus qui illa transitoria nimis diligunt. Quia dicit Philosophus. Sperare ab amicis et consuetis miserabile est vt ab vxore pueris aut consanguineis a domibus vel ab agris pecunijs. et sic de alijs. Tertio excidetur a consortio bonoꝝ tam in celo q̄ in terra. Quia Math. xiij. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorū et mittent eos in caminum ignis. O q̄ amaruz erit illis separari a creatore. a beata vgine maria. a virginibus. ab omnibus electis deiq̄ amicis. Quarto excidetur a statu misericordie et penitentie. ita q̄ amplius non potest penitere nec misericordiam inuenire. Ō testat Augustinus in de fide ad Petrum. Tempus inq̄t acquirendum vitam eternam. in ista vita deus hominibus dedit vbi voluit esse fructuosam penitentiam. Hec inquit penitentia fructuosa est quia potest hic homo deposita malicia bñ viue et mutata voluntate iniusta. merita simulo peraq̄ mutare et timore dei gerere que ō placent. Ō qui in hac vita non fecerit habebit q̄dam penitentiam in futuro seculo de malis suis. Sed indulgentiam in conspectu dei non inueniet. hec Augustinus. Sunt autem due cause quare penitentiam non consequentur. Prima quia sunt extra statum merendi et penitentie quia tantuz est in hoc seculo. vt dicit Hieronimus. xiij. q. ij. In presenti seculo. Secundo quia deus iurauit vt tales nunq̄ misericordiam consequentur. Hiere. xv. Uiuit dominus si steterit Moyses et Samuel coram me non est anima mea ad populuz istum eieci enim eum a facie mea. Et iterum Math. xxij. Ligatis manibus et pedibus proijcite eos in tenebras exteriores. amen dico vobis non exibunt inde. Mathei. v. Ideo dicit Gregorius. xj. moral. Quisquis ad inferni mali tolleranda descenderit nequaq̄ vltra ad lumem redibit. quia neq̄ misericordia parcentis liberat quez semel in locis penalibus iusticia iudicātis damnat. Quinto excidetur a diuina visione. et ista excisio omnium est amarissima. de hac Chrisſ. super Math. Due inquit sunt pene eternales excidi et in ignem mitti. Multi gehennam abhorrent ego vero casum glorie multo maiorez fore dico. Etenim decem mille melius esset sustinere flammas q̄ christi faciem mansuetissimam esse auersam in iudicio videre et ab ipa separari. Item Chrisſ. in sermone quodam. Excludi inquit ab omnibus eternis et alienum es-

fici ab alijs que preparata sunt sanctis tantuz cruciatum. et tantū dolorem infert vt si nulla exterius pena torqueret hec sola sufficeret. Jō dicit Hugo de anima libro p̄mo. Quis tūc putas memor erit que tristicia quando separabūtur impij a consortio iustorum et a visione dei et traditi in potestatem demonū. ibunt cum ipsis in ignem eternuz. ibiq; semper erunt sine fine in luctu et gemitu. ibi erit dolor intollerabilis. timor horribilis. mors corporis et anime. sine spe venie et misericordie. vbi nec qui torquent aliquando fatigantur nec qui torquetur aliquando moritur. Sed sic moriuntur vt semper viuant. et sic viuunt vt semper moriantur. et hoc ad secundum. Quantum ad tertium ponit ignis intollerabilitatem. cum dicit. et in ignem mittetur. Circa qō nota quadruplex est differentia inter ignem inferni et ignem presentis seculi. Prima sicut ſm Augustinum habet se ignis depictus ad ignem nostrum. Sic se habet ignis noster ad ignē inferni Secunda quia ignis presens solum adurit corpus. sed ignis inferni corp⁹ et animaz. pſ. xx. Pones eos vt clibanum ignis. Tertia differentia vbi presēs ignis ardet ibi lucet. sed ignis inferni ardet ſz non lucet. quia ibi sunt tenebre exteriores. Math. xxij. Sed hoc intellige q̄ non lucz eis ad aliquam consolationem. sed lucet ad pene augmentationem. Quod testatur Jſi. libro q̄rto. de summo bono. Ignis inferni lucebit miseris ad augmentum pene vt videant vnde doleant et non lucebit ad consolationem vt videant vnde gaudeant. Cui consonat Bernardus Damnati inquit vident vnde doleant scilicet bonum quod amiserunt et iusti videbunt et letabuntur considerantes quid euaserūt. Quarta differentia ignis presens consumit materiam quam incendit. Sed ignis inferni non consumit. Job. xx. Luet omnia que fecit nec tamen consumetur. Quinta quia ignis noster iste est extinguibilis. Sed ignis inferni non. Jsaie vltimo. Ignis eorum non extinguetur. Et Mathei. xxv. Jte maledicti in ignem eternum. O deus quis posset pati vt digitum suuz teneret vno die in igne materiali et tamē oportet hominem malum in illo esse cum corpore et in eternum. de quo Jsaie vltimo. Jguis eorum non destruetnr in eternum. Jdeo dicit Dāmascenus. Impij tradentur in ignem eternum nō mortalem qualis est qui apud nos est. Sed talis qualis scdm noticiam dei est. Sed hic orit̄ur vna dubitatio exquo hic dicit in ignez mittetur. vtrum ignis corporalis puniat in inferno damnatos. Ad hoc dicitur q̄ sic. vnde licz Augustinus libro septimo. super Gene. Sētit q̄ anime post mortem non per corpora. Sed per corporum similitudines determinatiuas tantum in anima affliguntur. Et per hoc voluit q̄ ignis ille spiritualis est et non corporalis Simile dixit de loco inferni sed istud postea retractauit tenēs q̄ locus inferi est ignis corporeus et sub terra et ignis etiam corporeus qui ibi ardet. dictum suum quere supra sermone. xxxviij. S. etiam plura de igne inferni Jdem tenet Gregorius quarto dialogorum. q̄ ignis scilicet inferni corporeus est cum dicit. Jgnez gehenne corporeum esse non est ambiguum i quo est certum corpora cruciari. Et beatus Thomas dicit. q̄ ignis infernalis est corporeus. Sed non agit in corpora naturaliter et modo nature. Sed spiritualiter et modo anime. nec ignis ille calefacit corpora damnatorum. nec illa corpora fiunt calida per illum ignem. Jtez dicit q̄ ille ignis affligit vt instrumentum diuine iustitie et non sicut principale agens. Sed contra hoc diceret aliquis et primo sic. Si ignis ille corporeus est seqtur q̄ calefaciet corpora damnatorum et cum sit aliquis gradus caloris signabilis excedens proportionem conditionis humane. sequitur q̄ per calefactionē talium corrumperetur corpus humanum et fieret separatio anime a corpore. Secundo sic. Si ignis affligeret illa corpora futura in inferno. ergo cum sit agens naturale non voluntarium ageret vniformiter per vniformem modū in omnia corpora ergo equaliter affligeret corpus minus mali sicut peioris. Si sint eidem equaliter applicata. Tertio sic. Si erit ibi ignis erit ibi aliquod lumen. consequens est falsum. Mathei. xxij. Ligatis manibus et pedibus. p ijcite eos in tenebras exteriores. Super quo dicit Gregorius. Si ignis ille lucem haberet in tenebras exteriores. mitti non diceretur. Et Basilius dicit super illud pſ. Vox domini intercedentis flammam ignis. q̄ virtute diuina separabitur claritas ignis ab eius virtute adustiua. ita q̄ claritas ignis cedet in gaudiū sanctorum et vstiuum ignis in tormentū damnatorum. ergo ibi nullum erit. Ad primum et similiter ad alia respondet Holkot super li. sapien. lec. clxxxviij. q̄ ignis ille non alterat corpora materialiter sed spiritualiter. Sicut subiectum imutat medium vel sensum. Jdeo nunquā corrumpetur. imo nec semel corpus ab illa transmutabitur dispositione in qua ponitur in inferno. Ad secundum dicitur q̄ licet sit agens voluntarium agit tamen vt instrumentū agentis voluntarie. et ideo punit et affligit ſm

voluntatem ipsius et non ſm naturam propri am ignis. Ad tertium dicendum de lumine et igne q locus ille sic erit dispositus q conuenit maxime miserie damnatorum vnde erit ibi lumen aliquod scilicet vmbrosum vt illa videantur que afflictionem augere possunt et tamē lumen illud non delectat. Sed quereret aliqs vbi est ignis ille qui affligit animas. Respondet sanctus Thomas q exquo infernus est infra terram ita et ignis infernalis. Sed contra si ignis est sub terra hoc est per violentiā. Sed nullum violentum est eternum. primo de celo. Respondetur q licet nullum violentum sit vel possit esse eternum ex ordine nature. potest tamen ex ordine diuine iusticie. Sed diceret q. an ignis purgatorij sit idem cum igne infernali. Respondet sanctus Thomas. q ignis purgatorij idem est et inferni.

De eadem dominica
Sermo quartus.

ATtendite a falsis prophetis qui veniūt ad vos. Mathei. vij. c. Isidor⁹ li. xij. dicit q vulpis est animal insidijs decipiēs et dolosum. Nam cum non habuerit escā mortuum se fingit. Sicq aues descendentes tanquā ad cadauer rapit z transglutit. In hoc etiam apparet eius dolositas q taxum expellit de antro suo non violentia sed fetore. Nam vt dicit Plinius. q quando exit taxus domunculam suam intrat vulpes et immundiciaz vrine ibi spargit cuius fetorem abhorrens taxus inde exit et latibulum derelinquit. Morsliter p vulpium fraudulentem intellige quemlibet hominem dolosum et principaliter tamē hereticum. Quia dicit Bernardus super Cantica. c ij. Ubi exponit capite vobis vulpeculas que demoliuntur vineas. per vulpeculas intelligūtur heretici qui demoliuntur. id est destruunt vineam sancte ecclesie. Nam eorum pestifera natura est q esuriunt non corporaliter. Sed spiritualiter cum animas simplicium hominū intūē decipere et sue secte perfide incorporare et ob hoc simulant se mortuos seculo cum tamē sint in medio eius desiderio. et cum ceperint tales mortificant eos in anima et tandem in corpore occiduntur si imperfidia sua et pertinacia moriuntur z permanserint et ad fidem ortodoxam non reuertendo. Et ideo dic Gregorius decimo moralium. capitulo secundo. Heretici vulgus pauperum spoliant. quia duz doctos non preualent. indoctos quosq a velamine fidei pestifera predicatione denudant. hec ille. Quia aquam fetidam. id est pestiferaz doctrinam habent et venenosam mediāte qua expellunt humiles de habitaculis suis ad se sequendū. Sicut factū fuit nupin boemia vbi multi homines ab hereticis venenosa doctrina decepti domos dimiserunt et hereticos fuerunt secuti ad mala plurima facienda. Ideo hortatur nos dominus in verbis preallegatis. vt diligenter tales deceptores fugiamus cum dicit. Attendite a falsis prophetis. In quibus verbis specialiter duo ponit. primo falsorum deceptionem ibi. Attendite a falsis prophetis secundo ipsorum cognitionem ibi. A fructib⁹ eorum. Ubi notandum q falsarij sunt triplices. Primi sunt falsarij monetarum. et sūt omnes hypocrite qui falsificant monetam summi regis. et hec moneta summi regis et eterni sunt bona opera. vt ieiunia. orationes. elemosine. et oblationes. pro quibus regnum celorum emitur. Sed hec opera hypocrite falsificant quia in his honorem dei non querunt. sed laudem humanum fauorem mendacium et temporale lucrum. Sicut testat Gregorius octauo moral. Quid inquit in cunctis operibus suis hypocrita sperat nisi reuerentiam honoris et glorizaz laudis a melioribus reuereri ab hominibus sanctus vocari. Ideo signatur quilibet hypocrita Deutrono. xiiij. Per auem que est alba minor miluo. et est de generibus vulturis. et pascitur cadaueribus mortuorum. Quia hypocrita propter laudem humanam pretendit exterius albedinē sanctitatis. et interius pascitur cadaueribus iniquitatis. Ideo dixit dominus de ipsis. Mathei. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei et hypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis. Sed intus pleni ossibus mortuorum. Unde dic Chrisostomus. O hypocrita quid a deo recipies q nihil deo dedisti. Nam quod propter deum fit deo datur. Quod autez propter homines fit. in ventum spargitur et a nullo speratur. Quid enim laus hominum nisi sonus verborum trāseuntium. cessent homines laudare et hypocrita perdet fructum suum. Sed diceres. vnde hypocrite cognoscuntur? Respondetur q cognoscuntur in quinq. Primo in bonorum oppressione. Nam hypocrite opprimunt bonos in eo q detrahunt eis. Quia ipi sunt detractores bonorum et adulatores malorum a qui-

Sermo lxj.

bus possunt habere lucrum. Interpretantur enim bona facta bonorum in peius. Et mala facta diuitum excusant et in bonum interpretantur propter fauorem atq; lucrum. Ideo loquitur de hypocritis Bernardus dicēs. q; super alios adulantes detrahentes mendaces et canes. dolosi vt vulpes. superbi vt leones. intrinsecus sunt lupi rapaces. Et ideo vbicunq; cernis aliquem in habitu spirituali qui detrahit proximis et libenter noua mala narrat de alijs. hunc perpende esse hypocritam. Secundo cognoscuntur in aliorum reprehensione. omnia enim facta hominum nituntur reprehendere et peccata eorum aggrauare. et hoc ideo faciunt vt videantur animas eorū zelare aut amare. Sed peccata sua dicūt esse minima. Contra quos dominus dicit Luce. vj. Quid vides festucam in oculo fratris tui? trabem autem in oculo tuo non vides. hypocrita ejce primo trabem de oculo tuo ꝛc. Ideo dicit Bernardus. hypocrite volunt esse sine auctoritate iudices. sine iussu testes. postremo falsi accusatores. et omni virtute carentes. Tertio cognoscuntur hypocrite ex contumeliarum illatione. quia in aduersis sunt impatientes. super omnes enim mouentur et offenduntur ad contumelias sibi illatas. imo vnum verbum ipsis contrarium eos conturbat. Ideo dixit dominus ad Ezechielem. viij. Fili hominis fode parietem et dum fodisset aperuit vnum hostium. et dixit ingredere ad me et vide abominationes pessimas. et ingressus vidi et ecce omnis similitudo omnium reptilium et animalium abominatio et vniuersa idola depicta erāt in pariete et in circuitu intus per totum. et septuaginta viri domus israel. Moraliter per parietem occultantes que intus sunt significatur hypocrita abscondens prauam intentionem in corde suo malicioso ille paries foditur. tunc quando hypocrite iniuria aut contumelia infertur. et tunc apparet hostium oris quod cum aperitur per conuicium illatum statim videntur abominationes pessime. Nam nequitie et malignitates que latebant in corde statim per iram et impatientiam panduntur ore et ibi videbuntur occulta pandere vel patefieri. Tūc videtur similitudo reptilium et serpentum. per que intelligitur superbia. inuidia. et brutorum animalium abhominatio. per quam intelligelibidinem et crapulam. videbuntur etiam vniuersa idola israel. per que intelligitur cupiditas et auaricia que sunt seruitus idolorum. Et inter ista apparent septuaginta viri israel. Quia decem precepta et sex opera misericordie solum ibi depicta sunt scōm quandam similitudinem et hypocrisim. Sed vere non existunt. Sicut patet in hac figura. Quomodo hypocrisis abscondit multa mala que contumeliarum illatio manifestat. Ideo dicit Gregorius in moralibus. hypocrisis est virtutum simulatio clausum vicium abscondere et arte palliare. Non ergo potest cognosci qualis interius lateat q; homo solum videt que apparent. deus autem intuetur cor. Sed si matella alicuius contumilie feriatur statim apparebit quid intus lateat. Idem dicit. Qualis vnusquisq; in se lateat illata contumelia probat.

Quarto cognoscuntur in dei disertione. quia deus permittit tales quandoq; cadere in manifesta peccata vt sic coram hominibus confundantur. Ideo dicit Isidorus de summo bono. libro tertio. Plerunq; vtile est arrogantibus deseri a deo quatenus sue infirmitatis cōscij ad humilitatem redeant vt humiles post casum existant. Quinto cognoscuntur in humilium de se locutione. Nam humilia de se dicunt. Sed ab alijs eadem de se dici nolunt. sicut dicunt aliqui. Ego sum malus immo pessimus. Si autem hoc idem alius de seipsis diceret omnino non sustinerent. Sed verbis pteruis contradicerent. Ideo legitur de quadam inclusa que apparebat valde deuota et consueuit frequenter dicere ad confessorem suum. Orate pro me domine quia ego sum adeo mala et pessima et timeo ne deus puniat alios homines propter delicta mea. Tunc sacerdos sicut vir discretus voluit experiri an ibi fundamentum vere humilitatis esset. alia vice quando iterum illa verba replicauit. Ait. hoc ego sepius antea a te audiui dicere. Tunc illa illico commota dixit. vos mentimini in colium vestrum. et quicunq; vobis dixit de me talia similiter mentitur. quia nunquam fui sicut me asseritis. Tunc sacerdos humiliter respondit. Modo ego intelligo tuam hypocrisim. quia tu loqueris hoc de teipsa quod de alijs dedignaris audire. Quia dicit Gregorius in moralibus. Superbire vicium est vt quicquid de se fateri quisq; quasi sponte dignatur hoc sibi dici ab alijs dedignatur. Ulterius est notandum q; hoc vicium hypocrisis est fugiendum. quia omnis hypocrita caret vita gratie est enim similis idolo. vt dicit Holkot super libros Sapi. lec. clxij. Sicut eīm idolū exteriꝰ hz effigiē hois viuētis. Sed caret corde intrinsecus et oibus ptibus spūalibus. Ita hypocrite

videntur viuere vita gratie et tamen interius mortui sunt per peccatum in corde. de tali dicit Hieronimus in epistola. Intus vero et foris totus ambiguus monstrum velut quedam bestia compacta que chymera vocatur. Et quia tales inueniuntur nonnunq̃ in statibus et dignitatibus ecclesiasticis ideo merito conqueritur dominus per prophetam Hiere. xxxj. Posuerũt idola in domo in q̃ inuocatũ est nomẽ meũ vt polluerent eam. Ideo dicit Chrisostom⁹ super Math̃. ome. j. Tolle hoc malum scilicet hypocrisim a clero vt non velit hominibus appare re et sine labore omnia vicia resecantur Et p̃n cipaliter propter penam hoc vicium est dimittendum. quia dicit Amandus in horaľ. sapien. li. j. ca. x. q̃ ipse vidit in spiritu q̃ nonnulli qui sub habitu agnino mentem occultauerũt leoninam qui velut canes rabidi seruos dei p̃ maledicta et obprobria aut per verba turbatiua molestauerant. et confratres iniqua molestatione leserant. ibidem a canibus infernalib⁹ impijssimis morsibus corrodebantur. Ideo dixit Job. xxiij. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Secundi sunt falsarij litteraꝝ et hi sunt heretici qui falsificant litteras summi regis. scilicet sacram scripturam quã male exponunt. Quia dicit. xxiiij. q. iij. c. Heresis. Hereticus est quicunq̃ aliter scripturam intelligit q̃ spiritussancti sensus flagitat a quo scripta est. licet ab ecclesia non recesserit. et de istis predixit Hiere. xiiij. Visionem mendacez et fraudulentam et seductionem cordis sui p̃phetizant vobis Sed nota q̃ isti falsarij ꝓgnoscuntur ex quinq̃. Primo ex angulorum inquisitione. Nam cum predicare volunt angulos occultos querunt. quia sciunt q̃ si publice errorem zizanie seminarent. doctores catholici eis repugnarent. quare quia q̃ male agit odit lucem vt non manifestentur opera eius. Joh. iij. Sed hoc non fecit christus qui dicit Joh. xviij. Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in sinagoga et in templo vbi omnes conuenerunt. et in occulto locutus sum nihil. Et sicut ille publice predicauit et discipulos ad publice predicandum informauit cũ dixit Math̃. x. Quod in aure audistis predicate super tecta. Secundo cognoscũtur in dominorum adhesione. propter enim resistentiam catholicorum dominorum querunt adherentiam dominorum quibus predicant placita contra ecclesias et ecclesiasticas personas dicentes q̃ non licet eis habere bona temporalia et possessiones. Sed ipsi domini terrestres talia debẽt possidere vel habere et licite possunt ab eis per violentiam aufferre mentientes. Nam F
personе ecclesiastice possunt licite temporalia possidere ſm Raymundum et alios doctores ad vsum sumuntur. xij. q. j. c. Duo. Ibi dicitur in glo. q̃ capilli qui remanent post capitis rasionem designant q̃ aliqua retinere debemus ad sustentationem. Et dicit sanctus Thomas q̃ temporalia habere possunt non quidem p̃ncipaliter vt ex eis finez constituant. sed vt quedam amminicula quibus adiuuamur ad tendẽdum ad beatitudinem inquãtum per ea sustentatur vita corporalis et inquãtuz nobis instrumentaliter deseruiunt ad actus virtutum. Et xij. q. j. c. Habebat. dicitur de christo habebat dominus loculos a fidelibus oblata reseruãs et necessitatibus eorum fidelium et suorum alijsq̃ indigentibus tribuebat vt dicit Augusti. Et beatus Ambrosius. li. ij. de offi. et allegaꝫ a Gratiano in decreto Qui sine auro. xij. q. ij. Aurum habet ecclesia non vt seruet. sed vt eroget et subueniat in necessitatibus. Ideo mẽtiuntur heretici dicentes q̃ persone ecclesiastice non debeant possessiones habere Similiter in hoc mentiuntur cum dicunt. domini temporales possunt per violentiam ab eis tales possessiones aufferre. quia domini seculares scõm canonicas sanxiones et imperiales institutiones tenentur defendere ecclesias et ecclesiasticas personas tam in rebus q̃ in corporibus. vt probatur. xj. q. j. xp̃ianus. Et. xxiij. q. j. ca. Principes seculi deo se debere reddituros rationem propter ecclesiam quã a christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes siue soluatur. ille rationem ab eis exiget qui eoꝝ potestati suam tradidit ecclesiam tuendam. hec ille. Sed quia domini seculares inter cetera vicia sunt auari. diligunt enim munera et sequuntur retributiones. Isa. j. Ideo propter heretiorum predicationem spoliant ecclesias et ecclesiasticas vilipendunt personas atq̃ veritatis predicatores odiũt et repellũt. et suos falsos predicatores fouent et defendunt. Tertio cognoscuntur heretici in prelatorum detractione detrahunt enim pape. episcopis. sacerdotibus prelatis. plebanis. religiosis. et sic de alijs litteratis. z hoc ideo faciunt vt laicos possint cõcitare contra clerum. et hoc faciunt patrem eorum videlicet diabolum imitando. de quo dicit Gregorius. sexta questione prima. Sunt plurimi. §. Verum. Manifestum est diabolum qui tanq̃ leo rugiens circũit querens quem suorz cordib⁹ plebiũ suadere vt doctorib⁹ atq̃ pastorib⁹ detractores irrogãt vt plebes lãgueſcẽ

tes non tenentibus pastoribus frena eorum lasciuiant atq; in yma ruant scilicet inferni vt saltem sic periclitari possint. Quarto cognoscuntur in mulierum adiunctione aut associatione. Adiungunt se nanq; mulieribus simplicibus cum quibus loquuntur allegantes frequenter doctores sanctos Augustinum videlicet ⁊ Hieroninum ⁊c̄. licet etiam sint seculares vt sic non intelligentes seducant et defraudēt. Nam asserunt simplicem fornicationem nō eē peccatum mortale. Quorum tamen dictuz est falsum eo q̄ talis fornicatio damnat. vt declaratum est supra. sermone. xxxvj. R. et. Y. ⁊ sermone. xxxvij. C. Quinto cognoscuntur in operum bonorum ostensione. Ostendunt enim sic̄ faciunt libenter opera per que notentur eē sancti et boni et genuflexiones sedulas orationes suas. Quia vnus hereticus quandoq; per tres horas prostratus orat sed solum facit vt videatur ab hominibus. Math. vj. Tertij falsarij
G sunt sigillorum et sunt simoniaci qui falsificāt sigilla ecclesiastica spiritussancti que sunt ecclesiastica sacramenta que spiritussanctus sua gratia confirmat. vnde Gregorius nazansenus. j. q. j. c. Qui studet. et. q. iij. Si q̄s obijceret. Simonia est studiosa voluntas. i. ad actum exteriorem progressiua emendi vel vendendi spirituale vel spirituali annexuz. Et ponitur ibi pena vendentium spirituale dicens. q̄ talis si est clericus non debet in ordine remanere Sz ſm glosam est a cōmunione remouendus. Et dicit notanter glo. ad actum exteriorem progressiua. quia sola voluntate simoniacus non est excōmunicandus. quia in voluntate non scandalizatur ecclesia vbi voluntas non prodierit. In actū. xxiiij. q. iij. Deus qui. Sed diceret q̄s quid de illis qui dant sacerdotibus pro tricesimo vel anniuersario vel pro celebranda missa d̄ spiritn sancto vel aliaꝝ qui dat denarios clericis pro psalterijs dicendis. Respondetur in omnibus talibus casibus dare vel accipere tēporale pro spirituali simoniacum est siue det̄ pro sacramento siue pro officio siue pro labore officij vel orationis ſm q̄ hec prepositio ꝓ notat appreciationē. Et si notat causam motiuam non p̄mam vel p̄ncipalem sed remotaz et occasionalē licituz est temporale dare pro spirituali. Eodem modo respondendum est ad alias questiones de illis qui officiant ecclesias pro denarijs vel anniuersarijs. Sed si pro notat appreciationē vel causam p̄mam motiuam vel finalem illicitū est. Si aūt causam admīculatiuā vel talia recipiāt in sumpt⁹ officiantium non in p̄cium officioꝝ licitum est. Et dic̄ Uuil. Qñ pro notat appreciationē non est ꝯcedēdū q̄ tempale detur pro spūali. qꝛ sacramenta de iure vendi non pñt. Qñ aūt notat causam finalem. i. vt iste det denarium ꝓ sacramento. i. ꝓpter venerationē sacramēti vel notat causaz efficientē vt pro sacramento. i. ꝓ deuotione quā habuit ad sacramētū licite p̄t fieri. Et Raimūdi rubrica de simonia ponit q̄nq; casus in q̄b⁹ spūale p̄t dari munus a manu. Prim⁹ si gratis offeratur non ꝓ spūali. j. q. j. Quicunq; inuisibilis. Secūdus si dat ꝓ spūalibus opibus ad que non tenet̄ q̄s ex officio. vt. xij. q. ij. Caritatem. Tertius est pro q̄busdam spūalibus debitis puta cum ep̄s consecrat ecclesiā vel visitat epātum pōt exigere ꝓcurationē moderatam. extra de simo. cum sit romana. x. q. iij. Relatū Quartus est ꝓ vita eterna et remissione pctōrum vt sunt elemosine ⁊c̄. Danie. iiij. Pctā tua elemosinis redime. nec dñt inde cape occasionem sacerdotes vt nisi pecuniā recipiant absolutionem sibi ꝯfitētibus non impendant. qꝛ illi q̄ in confessione nolunt absoluere nisi detur eis pecunia simoniaci existunt. Sūt nāq; q̄daz falsarij qui dicunt ꝓ tali pctō oportet te querere autoritatē papalem vel ep̄alem et multa expendere in via quia grauiter laborare. da m̄ in tantū et ego te absoluo. Ecce qūo hi pessimi simoniaci spm̄sanctum sine quo peccatuz nō absoluitur venalem exponunt. Sed. d. q. nunq̄d parentes qui pactum pro filijs aut filiabus vt h
in ordinem recipiantur faciunt dando pecuniam vel etiam qui eam ex pacto recipiunt simoniam comittunt. Responde q̄ sic. quia tam dans q̄ recipiens simoniam cōmittit. j. q. j. Quos constit̄it. Si aliqui dicunt volumus libenter recipere eum sed est de consuetudine q̄ si vult intrare claustrū debet dare viginti marcas vel decem. Ista non est dicenda consuetudo que inducit peccatum mortale. Sed potius dicenda est corruptela vel corrupta malicia ꝑ quaz palliatur simonia. Quia dicit Leo papa j. q. j. Gratia si non gratis datur vel accipitur gratia non est. Ideo venerabilis Cirillus scribit in libello ad Augustinum. q̄ apud superiorem thebaidam monasteriuz dominarum erat in quo pene ducente domine vita et honestate religiose reclusione continua decorisq; moribus permanebant. Sed instruente diabolo in eisdem dominabus hec obseruabatur abusio vt nulla in monasterium mansura intrare poterat nisi certe pecunie quantitas inesſz in hoc monasterio erat sanctimonialis quedā dña etate grādeua q̄ ab infantia sua ieiunijs ⁊ orōnib⁹ om̄i terreno soluta sceno deo vixerat

que vicium illud quã plurimum abhorrebat. Cui vice quadam sicut erat solita in oratione posita. gloriosus Hieronimus apparẽs locum illum immenso illustrans lumine precepit eidem vt abbatissam ceteraſq; moniales mane congregaret. nuncians q; nisi a peccato tam inueterato manum extraherent. vltionem diuinam subito expectarent. his dictis disparuit crepusculo diei veniente omnes in capitulo propulsato tintinabulo congregauit. assurgẽs in medio que viderat et audierat omnibus patefecit. fit omnibus monialibus subito irrisio illico. ex hoc banc exclamant fatuam. et pre nimia ebrietate illa fortassis somniasse. Illa autem patientie scuto se muniens accepta contumelia gaudens rediit ad orationes supplicans ne continue quod audierat eueniret. Transactis igitur diebus decem nocte media predicta moniali orationi incumbenti. gloriosus Hieronimus iterum apparuit. et que prius nunciauerat nunciauit. ad quem. Quis es domine talia mandans? Hieronimus inquiens ille ego sum. et ab eius oculis euanuit. Illa vero scies earum duriciam. quid ageret. quid videret nesciens. Tandem malens a monialibus insana et ebria reputari q; diuinis contra ire preceptis. Congregatis iterum monialibꝰ que viderat et audierat voluit intimare. At vt eam assurgere pestifere conspexerunt diuini iusti iudicij sibi de proximo affuturi anteq; verba inciperet de capitulo cum magnis cachumationibus exierunt. Sed transactis tribus diebus dormienti sanctimoniali. gloriosus Hieronimꝰ in effabili quadã societate qua si fallatus angelorum. nocte apparens media eam excitauit. eamq; iussit protinus vt de illo exiret monasterio ne subito diuinam sententiam expectaret. cum illa vero multis lachrymis supplicaret ne hoc fieret. Ait ei Hieronimus. Ad abbatissam et ceteras moniales perge omni mora postposita nuncians eisdem q; nisi peniteant hac nocte diuinam sentiant vltionem. Si autem in sua permanebunt malicia vel duricia statim exiens amplius in monasterio nõ morieris. his finitis abscessit. Hec ꝙ audiens sanctimonialis anxiaq; plena tristicijs. capitolium adijt et campanam cepit vehementer vt ad capituluz accederent resonare. Quo abbatissa a somno euigilans cognoscensq; ab hac fore pulsatam campanam iracunda ad capitulum properat. At vbi illam vidit diris nimis verbis increpans nullum voluit audire verbum promittens q; nisi cessaret hec agere secum amplius in monasterio non maneret Cui sanctimonialis. ne tardes inquit queso agere que promittis profecto me cognoscas in hoc loco non mansuram. gloriosus equidem Hieronimus tantum mihi hoc iudicium futurum statim monasterium patefecit. hec abbatissa audiens deridere cepit hanc. estimãs eaz vesano capite ista fari Et ostiariam conuocãs iussit vt hanc protinus de monasterio effugaret. mandans eidem vt aliqua hora sic extra dimissam postmodum faceret introire vt sic ab inceptis operibus iam cessaret. hac de re sanctimonialis domina q; citius potuit de monasterio est egressa. Pene limen sanctimonialis illa excesserat subito totum corruit monasterium omnes opprimens virgines moniales. ita q; ex his aliqua viua non remansit. Sed vtinã alia adhuc monasteria hãc abusionẽ pessimam dimitterent. et omnia simul communia haberent. quia felix quem faciunt aliena pericula cautum. ne simul cum illis eternam damnationem sibi thesaurizarent. Sed potius pie viuendo simul vitam eternam possiderent. ad

Dominica nona post trinitatis. Sermo primus.

Edit populꝰ meus manducare et bibere ꝛ surrexit ludere. Ita scribitur ozigiliter Exodi. xxxij. Et transumptiue habetur in epistola hodierna que scribitur prima ad Chorinthꝫ. x. Dicũt naturales q; arbores que tempore floris sui precinduntur vermescunt ꝛ ad edificia que diu stare debent non valebunt Qð approbat Theophilus in breuiloquio diuersarum artium dicens. Cunq; virozis sui in tempore arbor prescisa fuerit vermibus quidẽ in posterum plena euenit atq; ad hoc pro construendis edificijs non valebit. cuius ratio est Nam ois pinguedo ad corruptionẽ magis attendit. Sunt autem eo tempore arbores quo florent magis pingues. vnde et Salerꝰ refert de his quibus ð aluo pinguedo in vermes aut pediculos protinus transmutatur. Mozalit per arbores ad presens intellige homines. qz interrogat Innocentius de vita humane conditionis. li. viij. Quid inquit est homo? Et respondet. nisi quedam arbor euersa cuius radices sunt crines. cuius truncus capud cum collo stipes. pectus cum aluo.

Sermo lxij.

rami sunt value cum tibijs. frondes sunt digiti cum articulis. hec ille. Iste quidem arbores florent hic in voluptatibus ꝛ carnalibus conuiuationibus et ebrietatibus. Sed cum dominus dicet. Lu. xiij. Succide arborem vt quid terram occupet tunc erunt pleni vermibus cõscientiam corrodentium vel inferni tormentorum. De primo Isa. xliij. Operimentum tuum erunt vermes quia voluptuosos et ebrios cruciabunt pene infernales. sic q̃ tales non valẽt ad edificium celeste quod construitur viuis ex lapidibus. sed apti sunt ad tormentum gehennale. Juxta illud quod dicitur in sacra scriptura. Quanto enim quis in carne dultior fuerit. tanto vermib⁹ eterne amaritudinis plenior erit et felicitati eterne ineptior apparebit. Et hoc figuratum est de iudeis Exodi. xxxij. Qui vacabant cõuiuationibus et lusibus corã idolis suis. et sic vna die prescisi sunt ò terra viginti tria milia hominum. vt dicit̃ Exodi vbi supra. Sed Numeri. xxv. dicitur. q̃ ceciderunt triginta quatuor milia. nec est contra Exodum. quia minor numerus includitur in maiori. Et quod verum est de maiori etiam verum est de minori. Ex qua hystoria patet. q̃ isti qui succisi sunt de terra virentibus corporibus in voluptatibus facti sunt pleni remordentis conscientie vermibus penalibus. ꝛ hanc hystoriam tangunt verba prẽassumpta Sedet populus meus mãducare et bibere. In quibus q̃dem verbis duo tanguntur. primo voluptas corporalis in manducatione ibi. Sedet populus meus. secundo ludus inabilis in adoratione ibi. Et surrexit ludere. Primo igitur tangitur voluptas corporalis in manducatione cũ dicit. Sedet populus meus manducare et bibere et surrexit ludere. Ubi sciendum ſm naturales. locusta tota siue in maiori parte consistit in ventre et insatiabilis est vni cum habeſ intestinum. quod fame et immundicie plenum est semper. et quãdiu viuit semper esurit. et os quadrangulatum gerit. Moraliter per locustas intelliguntur homines voluptuosi et gulosi quorum tota versatio est circa ventrem. de quibus predixit Apostolus ad Phil. iij. Multi ambulant scilicet in via peruersa quos sepe dicebaz vobis. nunc autez flens dico inimicos crucis christi quorum finis interitus quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum et ideo tales miserabiles sunt quãdiu viuunt. Os etiam habent quadrangulatum quia quatuor modis peccant in manducando aut bibẽdo. Primo tempus preueniendo. nam sicut famuli dei ſm doctrinam christi. Matt. vj. Primo querunt regnum dei et iusticiam eius. Sic gulosus si primo querunt regnum dei sui scilicet ventris cuius regnum est esca et potus. Juxta illud apostoli. Nonne esca et potus est regnum dei scilicet ventris. quasi diceret. sic. ad Ro. xiiij. Sic vera littera habet. Nõ est regnũ dei ẽsca et potus. Sz iusticia et pax et gaudiũ in spũ sancto. qui eñ in hoc fuit primo placz deo et probat⁹ est hoibus. q. d. ecõtra. qui primo fuit vẽtri displicet deo. qz de talibus ór Isa. v. Ue qui mane ad sectandã ebrietatẽ. Merito reprehendi q̃libet xp̃ianus debet q̃ spreto dei fuitõ primũ fuit ventri suo. qz q̃libet prudens homo primo deberet animã suam deuotis orõibus et sanctis meditationib⁹ pascere. qz melior est q̃ corpus. Sed illi q̃ quandoqz per multos dies vix dicũt vnũ pater nr̃. valde periculose stant. quia est signuz paruipẽlionis. Juxta illõ Aris. ij. rethoz. Obliuio est signum paruipensiõis Et tales deum non diligunt nec proprium salutem querunt. Et quia dei obliuiscuntur dũ ad huc in tempe gratie viuũt obliuiscetur eorũ deus dum abinde decedunt. Quia dicit Aug⁹. vt in fine obliuiscatur a deo qui dum viueret oblitus est eius. Secundo cibaria delicata et vina querendo. Nam iudei qui in deserto carnes cõcupierunt Numeri. xi. Idcirco ira dei meruerunt. et hoc cõmemorat ps̃. Adhuc esce erãt in ore ipsorum. et ira dei descendit super eos. Sed incidit hic vna questio exquo iudei habuerunt secum multitudines animaliũ et pecudũ quare desiderabant carnes et quare nõ comedebant carnes animalium. Rñdet Hay. q̃ nõ desiderabant carnes pecudum. sed auium quibus erant in egipto vsi seu satiati. Nam Nilus fluuius in littoribus saltem suis et palustrib⁹ locis habet multa genera auium et talia qualia non habentur in circuitu aliorum fluuiorũ et illarum carnes desiderabant. Sic adhuc inueniuntur multi qui dum habent carnes pecudum volũt etiam habere carnes auium. Et cũ tanta occupatione circa cibaria corporis versantur vt cibarioz anime penitus obliuiscanẽ Et si p se circa talia non occupantur tñ ancille et famule eoz ad hoc angariãtur et interdũ dicebus dñicis et festiuis negligunt sermones ac missas cum tñ q̃libet xp̃ianus tenetur ex p̃cepto eccl̃ie audire totã missaz vt patuit s̃. ser. lix N. et talis negligentia redundat in domino ac dñas. Unde Hugo dicit in de claustro anime de talibus Quidaz superticiosius nimis in p̃parandis cibis studiũ adhibẽt ferrareorum ꝛ cõdimentorum genera excogitantes modo mollia. modo dura. modo frigida. modo calidia.

Dominica nona post trinita.

modo cocta modo assa modo pipere modo sale condita et in consuetudinem pregnantium mulieruz desiderantes. Et cum tanta sollicitudine ꝑparantur vt deuoratis quatuor vel ꝙnqz. Prima non impediunt nouissima. hec ille. Isti colunt ventrem suum tanꝯ deum. Et licet cibaria eis delicate ꝓm posse famulorum vl' interdum vxorum ꝑparãtur. tamẽ adhuc quidã viri in illis minime contẽtantur. Sed q̃ sint nimis salsa aut nimis frixa aut mollia aut dura murmurando conquerũtur. et sic nonnunquã scutella post capita vxorum aut ancillaruz ira permoti iactare non verentur. Tales perpendere debent hoc dictuz beati Hieronimi quod scribit Eusebius eius discipulus in epistola ad Damascũ episcopuz. Ubi inquit quiuia vbi delicata fercula vbi vestra preciosa pocula melle mixta et esce aromatibus preparate epulemi et inebriamini. non enim post mortem facietis Sed cum diuite qui quotidie epulabatur splendide in tormentis gehennalibus guttam aque minimam petentes peroptabitis nec hr̃e poteritis. Et quia post fercula delicata vt frequenter sequitur luxuria. Ideo subdit Hieronimus Agite solatia vestra in luxuria. explete voluntates. seminate in corruptione. vt et de corruptione colligatis diuinam sententiã quã dabit ille iustus iudex in magno iudicij die. Ite maledicti in ignem eternum qui preparatus ẽ diabolo et angelis eius. hec Hieronimus. vnde legitur de quodam qui illo modo impleuit volũtates suas in ferculis delicatis et in delicijs ebrietatis. Sed de ecclesia et indulgẽtijs nl' curauit. infirmat⁹ ergo rogatur a filia deuota vt si deus annueret post mortem ei appareret et statum suum indicaret. Triginta ergo diebus nondum peractis apparuit ei crusibulum in manu baiulando et ignitus fuit ex toto. et filia ipsum videns exterrita quis esset et quid cum crusibulo vellet inquisiuit. Cui ille. Pater inquit tuus ego sum z in isto crusibulo habeo potum meum. de quo dicit ps̃. Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eoꝝ. Tunc illa magis tremula an posset in aliquo iuuari requisiuit. Respondit. non potes me iuuare. imo nec omnes sancti in celo existentes qz sententia euangelij data est super me. vbi dom⁹ ait Mathei. xxij. Ligatis manibus et pedibus mittite euz in tenebras exteriores. Quo dicto clamare cepit. ve. ve. ve. Ue in amaritudine. ve in multitudine. ve in penarum eternitate. Ideo dicit Gregorius in moral. Qui nunc se male in voluptatibus dilatat illum postea pena in supplicijs angustat. Est tamen circa hoc notandum. Si quis preparare iussit cibum suum ea intentione vt eum possit sumere quia aliter non possit ex complexione sue subtilitatis credo hunc non peccare. Quia dicit Augusti. super epistolam Johannis. Et ponitur di. xlj. c. Delicie. Delicie inquit que absqz desiderio ꝓcipiuntur non afficiunt. id est nocent et viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentie. Idem de verbis domini. et ponit̃ in eadem di. c. Non cogantur. Non cogantur inquit diuites pauperum cibis vesci vtatur cõsuetudine infirmitatis sue. Sed doleant aliter se sustentari nõ posse. Si consuetudinẽ mutãt. cum enim egrotant vtuntur superfluis. id est ꝓciosis et dant pauperibus vilia. Tertio nimis comedendo. Nam cibus nimis sumptus suffocat rationem et extinguit naturalem calorẽ Ideo dicit Hieronimus in epistola ad Damascum Ue miseri quid facitis corpus ante tẽpus destruitis. non agnoscitis et animam interficitis. vnde infirmitates et mors tam intempestiua nisi ex nimia ciborum crapula et copia frequenti vsu mulieris deum deludere creditis. id est certe deluditis vosmetipsos ꝓ corpore obliuiscemini animam. Et ecce simul animam cum corpore destruitis ante tempus. Et ideo gaudete z iocundami et letami in hoc breuissimo tempis spacio quod habetis postmodum vt cuz diabolo sine fine lugeatis. hec Hieronimus. Sed nota semper in medio est vtus Et medium in omnibus est laudabile. vt habetur ex li. ij. ethi. Quare homo in comedendo semper debet habere medium et obseruare. dicit tamen Aug⁹. in li. questionum euangelij. et ponitur di. xlj. q̃ dicit dominus. Non interest omnino quid alimentoꝝ sumas vt succurras necessario corporis dũmodo congruas in generibus alimentoꝝ his cum q̃bus tibi viuendum est. neqz q̃tum sumas. multuz interest cũ videamus et aliozum stomachum citius satiari cibis. Quarto nimis auide edendo. Et signum huius auiditatis est quando animus hominis ad cibum toto ardore trahitur vt nihil sinat hominem de deo neqz de pauperibus cogitare. Sz effundit se sup cibum sic aial brutũ Cũ tñ dicit Sapiens. cũ sedes in mensa p̃mo de paupe pensa. Tunc bene prandetur cũ xp̃s adesse videtur. Jõ vt homo possit cogitare de deo sedẽs i mẽsa sua et de paupib⁹ dic̃ sapiens Eccl̃i. xxxvij. noli auid⁹ eẽ in oi epulatiõe et nõ te effundas sup oẽm escã. Ecce os q̃dragulum ipi⁹ locuste q̃ significat gulosuz. et hoc quo ad p̃mũ. Quãtũ ad secũdũ tãgit̃ lud⁹ iabil' i adoratione cũ ór. z surrexit ludere. i. ludos facere.

Sermo lxij.

ſcz circa idolatriam. Quia idola adorauerunt de adoratione idolorum. vide ſ. ſermo. xv. K L. Sed exquo dicit hic. Surrexerunt ludere.

N Notandum eſt circa ludum q̄ ad hoc q̄ virtuoſe fiat tria requirũtur. vt dicit Holk. ſuper li. Sapiẽ. lec. clxxiij. Primo condecentia bone ſtatis. vt videlicet ludus talis deceat perſonã ludentem. deceat perſonas aſſiſtentes. vnde alius ludus conuenit prelato et clerico ſeu viro religioſo. et alius militi armigero vel famulo alius etiam decet ſenem. alius iuuenem. quia non omnia omnibus decẽt. Fingit enim Joſephus de aſino et cattulo ocioſo quem cum aſinus vidit mirabiliter acceptum et gratum domino. deliberauit que poſſit eſſe cauſa quare dominus cattulum nihil operis operantem. aut facientem tantum diligeret. et deprehẽdit q̄ quotiens dominus domum redijt catulus ei occurrit voce et modo quibus potuit domino ſemper applauſit viſum ergo etiam expediens aſino effigiare catulum. et ſic domini gratiam p̄mereri. Igitur domino domum redeunti occurrit aſinus cum impetu pedes anteriores humeris domini alliſit clamore valido rudire cepit. Dominus turbatus et leſus auxilium conuocat famulorum qui aſinum validiſſime fuſtigatum delinquẽtes abierunt. Iſto modo moraliter multi ſunt qui reputant quod deceat eos omnis ludus et tamen in reiveritate ſepe inde diſplicent vnde ſe placere reputant. Narratur fabuloſe q̄ minerua inuentis tibeis cepit fiſtulare. cum ergo iuxta quandam aquã ſufflando intenderet conſiderauit vaccarum ſuarum tumorem et viſa indecentia vultus ſui p̄iecit tibias propter quod nec vnquã poſtea voluit fiſtulare. Conſideret ergo ludens primo p ſone ſue conditionem et honeſtatem et nihil attemptet niſi qõ eum vel ſtatum ſuum deceat. ꝛ ſuper omnia turpia caueat que aliquo mõ ad peccatum inclinant. vt ludus chorearum. et ſic de alijs. Unde Sene. de quatuor virtutib⁹ Omnia tollerabilia preter turpitudinem crede a verbis quoq; turpibus abſtineto. quia licentiam eorum impudentiam inuitat. ſermões vtiles magis q̄ facetos affabiles ama miſcẽs interdum ſerijs iocos. Sed temperatos ꝛ ſine detrimento vel honoris vel dignitatis et verecundie Nam reprehenſibilis riſus ſi eſt immoderatus. hec Seneca. De iſta honeſtate et decentia in ludo ſeruanda. dicit Ariſtoteles. iiij. ethicorum. ca. xvj. Qõ ludus liberalis et diſciplinatus differt a ludo ſeruili in diſciplinato. in hoc q̄ ludus indiſciplinatus exponit ſe duplici damno videlicet deriſionis et ſuſpitionis. vnde indiſciplinate ludentes in cõmedijs ſcõm eum aliquando patiuntur deriſionem ſi videlicet aliquando inepte dixerunt aliquam ſuſpitionem. ſi videlicz turpia dixerunt quod probabile eſt. quia de turpibus qui ludunt in turpibus delectantur Et ideo ex premiſſis magis ſepe intelligimus. Sicut docet Tullius in rhetorica. Ex oculorum intuitu. ex hilaritate riſu. et huiuſmodi. Sicut dicit Tullius libro p̄mo. de officijs. Pueris non omnem ludi licentiam damus. ſed ea que ab honeſtis actionibus non ſunt aliena. ſic in ipſa ſemper aliquid ibi ingenij eluceſcat. Et Ambroſius in officijs libro primo. Timeamus ne dum animuz relaxare volumus omnem arundinã. id eſt bone ſtatẽ quaſi contentum quendam bonoruz operum. viſus enim cito inflectit naturam. vnde clericos nullo modo decet mulierum procationes vel meretricia effigiare. geſtu. habitu. vel loquela. ne homines ſuſpicentur eos in talibus precordialiter delectari. Item nec mulierum ſaltationes clericos decet. Unde Hieronimus ſuper illud Math. xiiij. Die autem natalis Herodis ſaltauit filia herodiadis. Sic dicitur. vbi ſaltatio ibi diabolus. nec enim deus dedit ad hoc nobis pedes vt cum camelis ſic ſaltemus. Sed cum angelis choros faciamus. in ſaltibus exultent homines et letẽtur miniſtri demonum. hec ille. Illam honeſtatez bene ſeruauerat illa virgo Sara filia Raguelis. que dicit Thobie. iij. Nunquam cum ludẽtibus miſcui me. nec cũ bis qui in leuitatibus ambulant particeps me prebui. Secundo ludus prouidentiam requirit idemptitatis vt ludens ſemper prouideat vt ludus ſuus ſit ſimplex et innocens et innoxius ne aliquis inde ledatur vnde qui nihil in dictis ſuis ponderant et riſum facient nec curant quem per dicta ſua contriſtent deriſores ſunt et homolchi et non eutropoli ſm Ariſtotelem. iiij. ethicorum. Et de vno quoq; tali dicit ſpirituſſanctus. Proverbiorum. xxiiij. et habetur extra de preſumptionibus. ca. p̄mo. Fraudulentus nocet amico ſuo. et cum deprehenſus fuerit dicit ludens fecit. Tales ludunt more Samſonis tam ſe q̄ P aſſiſtentes opprimens. Judicũ. xvj. Sed nunquid virtuoſe ludens poteſt alteri conuiciari. Et ad hoc ſatis reſpondet Ariſtoteles. iij. ethicorum. q̄ quedam conuicia ſunt contumelioſa et quedam non. Dicere autem contumeliam alicui eſt eum infamare. et ideo talia conuicia nullus virtuoſe ludens dicere debet. Sed hoc apud gentiles leges prohibebantur. Sũt autem alia quedam conuicia de leuibus que

potest conuenienter vtuosus dicere vel ꝓpter delectationem vel ꝓpter bonum sicut exponit sanctus Tho. ij. ij. q. lxvij. dicens. Sicut licitū est aliquem verberare vel in rebus damnificare causa disciplīe. Sic etiam potest aliqs alterī quem corrigere debet vbum compiculosum dicere. Et hoc modo dominus discipulos vocauit stultos. Lu. vlti. Et apostolus galatos insensatos. ad Galla. iij. Tertio ludus requirit carentiam superfluitatis ne nimis frequentetur vel ne nimis cōtinuetur. Dicit enī Tullius. li. j de offi. Ludo quidem et ioco vti licet sic̄ somno et quietibus ceteris. Distinguit aūt Tho. triplex genus ludendi. super. iiij. sententiarum di. xvj. q. vlti. argu. j. Est enī ludus turpis et inhonestus qui in se diffozmitatē importat. tles fecerunt gentiles cozam dijs suis in theatris et templis. et similiter cozam vitulo iudei. Et iste similiter inhibitus est xp̄ianis. de pe. di. v. ℌ. j. in fine. et in multis locis. Alius est ludus deuotionis et gaudij spūalis qualem faciūt in die cozpozis xp̄i xp̄iani. et qualem fecit dauid cozam archa. ij. Reguz. vj. Tertius est ludus humane consolationis cuius medietas vocat eutropolia. id est vtuosa. Et illa virtus ōr ab Aris. eutropolis que est vtus ita necessaria humano conuictui q fm eum ꝓprium est eutropoli esse epidoxotē ab epi qō est supza et doxios quod est aptum quasi optime aptum conuictui humano. et de tali ludo potest exponi illō Zacha. vj. Platee ciuitatis cōplebūtur in faucibus et puellis ludentibus. Et quia ludus est necessarius in vita humana. Ideo quidaz dixerunt felicitatem humanam ꝓsistere in opatiōibus ludi. vt dicit de ipsis Aris. x. ethi. c. xx. et ponit opinionē ipsoz que est ista. Illud g̃ diuites et potentes maxime indigent in quo maxime delectātur videtur potissime ad delectationem ptinere. Sed diuites et potentes maxime querunt delectationes ludi. vnde persone conuenienter ludentes sunt eis care et pzecioſe. ergo videtur q in tālibus felicitas ꝓsistat. Sed contra hanc opinionez inuehitur Aris. sic. Si ludus foret finis vite humane sequeret q homo studeret negociaretur et labozaret. et militaret ꝓpter ludum quod est puerile. Sed econuerso fm sententiā anatharsis bene se habz dicere q aliquis ludat ad hozam vt postmodum studeat diligentius quia requies est ꝓpter operationem. et non operatio ꝓpt̄ requiem. Secūdo cum felicitas sit summū bonū necesse est q in optimis ꝓsistat. seria aūt sunt ridiculosis meliozа. Igitur felicitas magis circa seria q̄ circa ridiculosa ꝓsistit. Unde Tullius li. j. de offici. Non enī ita generati sumus vt ad ludum et iocum nati esse videamur. Sed ad seriositatem potius et ad quedam grauioza atq; maioza. Tertio quia meliozis ptis anime melioz est cōparatio. et per consequens in nobilissima parte poni debet felicitas. Sed nihil ꝓhibet hominem bestialem cozpales delectatōnes maxime participare. Igitur in delectationibus talibus non consistat felicitas. Quānis autem lud⁹ nō sit humane vite felicitas est tamen conueniens ludus vtus quedam. Sicut enim homo indigz a vexationibus cozpis quiescere. ita indiget intentionem animi a studiosis et seriosis relaxare et a sollicitudinū anxietate pausare. hoc autem fit per ludum qui consistit in colloquijs et collationibus conuenientibus inter homines ozdinatos et non ad taxillos.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Homo quidā erat diues qui habebat villicuz et hic diffamatus est apud illuz ꝛc. Lu. xvj. Domini terreni reges et p̄ncipes qui nō possunt omnia soli in regimis suis gubernare et expedire habent sub se suos pzocuratozes quozum aliqui pzesunt ciuitatibus et aliqui villis et ab eis exigunt rationem singulis annis. q sic sit verum q domini terreni habēt suos pzocuratozes qui etiam regunt subditos post dominos notum est. Attamen pzobatur in natura. in figura. In natura legitur de sole q fm Ambzo. est dominus planetarum decoz et perfectio omniū stellarum. Et vt dicit Macrobius. Sol tanq̄ dominus medius est inter planetas. effectus eozum concilians. et etiam ꝓtra elementa. quia hoc spectat ad dominos terrenos vt concozdant discozdantes. et licet sit dominus omniū stellarum et regat omnia inferioza. tamen habet sub se stellas alias que etiam regunt inferioza quia sunt tempoz⁹ annorum mensium dierumq; distinctiue. Nam scōz Aris. Permutatio temporis non est pmutatio stellarum in signis diuersis super septez climata aut ex pmutatione lune singulis. xxviij. diebus. aut mercurius aut veneris in omnib⁹ decem mensibus. In figura ꝓbatur Heñ. xlj. de rege Pharaone qui habuit pzocuratozem Joseph. Spūaliter dominus noster Jesus chr̄ist⁹ qui est rex regum et dominus dominantium. Apoca. xix. Qui per se potest omnia regere et regat. Sicut declarat Boe. li. iij. de conso. metro. ix. cum dicit. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum celiq; factoz. q

tempus ab euo. ire iubes stabilisq; manens. dans cuncta moueri. Et licet per se vniuersa i= mutabiliter regat et disponat. in mundo tamẽ isto habere voluit suos pcuratores summũ põ tificem archiepiscopos epos prelatos insuper omnes patresfamilias quos posuit super bo= na sua scilicet nature gratie et fortitudinis. qui bus bonis interdũ male vtũtur Et pncipaliter bonis fortune mediãtibus quibus peccata sua augent seu augmentant sectando crapulam et auaritiã. vnde redimere debent culpam. iuxta illud dictum Jsi. de sum. bo. li. iij. c. lxiij. Sra= uiter inquit delinquit. qui diuitijs sibi a deo concessis. non in rebus salutaribus. sed in vsi= bus prauis vtuntur. Et inde magis augẽt de= bita vnde ea redimere noluerunt. hec ille. Jõ omnes tales grauiter xpm offendunt. Jta gra nem rationem coram deo reddẽt sicut factum est ỏ illo villico cui dominus cõmisit bona sua sed male dissipauit ea. quare ad rationẽ grauẽ compulsus est vt dicit presens euangelium. hõ quidam. Jn quibus vbis sancti euangelij tria tangũtur. pmo villici diffamatio in factoꝝ cõ fusionem. secundo eiusdem citatio ad reddẽdũ rationem. tertio cordis cogitatio ad futurorũ pquisionem. Quantum ad pmum tangitur villi
R diffamatio in factoꝝ confusionẽ. cum dicit. homo quidam erat diues. Circa quod notan= dum iste homo est xps filius dei qui in tpe ple= nitudinis gratie factus est homo ppter homes perditos. vt dicit Symbolum nicenum. Qui p pter nos homines et ppter nostram salutẽ de= scendit de celis. et incarnatus est de spũ sãcto natus ex Maria vgine et homo fact⁹ est. Jdẽ testatur sacra constitutio de sum. tri. et fiỗ. ca. c. Firmiter. Et tandem inquit dei filius vnige= nitus Jesus xps a tota trinitate cõmuniter in= carnatus ex Maria semp virgine sancti spũs cooperatione conceptus verus homo factus ex anima rationali at humana carne compositus Et dicit beatus Aug⁹. in de fi. ad Petrum dia conum. Et magister in. iij. di. j. li. c. vl. Licet so lus filius dei sit incarnatus. huiusmodi tamen incarnationẽ tota trinitas est cooperata benedi cta. Et dicit notanter homo. ad damnandũ he resim eoꝝ qui dixerunt dei filium non assump= sisse corpus verũ. sed fantasticum. Cõtra quos etiã dicitur Joh. j. Verbum. i. dei filius. factũ est caro. i. homo fm August. Queritur pmo ex quo dicit euangeliũ. homo qdam erat diues. t q ille homo significat xpm. an xps semper fuit homo. et videtur q non. Quia in illo triduo ñ fuit homo. q pbat sic. Quia homo mortu⁹ nõ est homo. xps tunc erat mortuus vt dicit sym bolum nicenum. Ergo non fuit homo in mort triduo. Ad hanc questionem rñdetur q de ipa est triplex modus loquendi doctorum. Prim⁹ tenet q non solum de xpo verum est q in mor= tis triduo fuerit homo. sed etiam verum est de quolibet homine mortuo cuius anima est btã. et iste modus dicendi fuit hugonis de san. vic. qui p sua intentione sic arguit. Quid stulti⁹ q q homo tunc esse desinat quãdo vere esse inci= piat. Sed esse beatum est verissimũ esse. ergo q hic moritur cuius anima est beata iste pmo in cipit esse veraciter. Jgitur de quolibet tali con cedendum est q post mortẽ sit homo. et a forti ori ibi concedendũ est de xpo. Secundus mo= dus loquendi q xps in triduo mortis fuit hõ. Sed hoc non est concedendũ de quolibet hoie et iste modus dicendi est magistri in. iij. li. dis. xxiij. vbi magister fundat se in hoc q xpus in illo triduo habuit corpus t animam. ergo fuit homo. licz anima non esset corpori vnita. t sic cuncedit q homo mortuus sit homo. Tertius modus dicendi est q xps in triduo mortis nõ fuit homo sicut nec qlibet alius homo mortu⁹ et iste modus dicendi est cõmuniter doctorum modernorum. vt dicit Bonauentura circa di. xx iij. tertij li. Quia si diligenter cõsideretur tunc quilibet istorum trium modorum habet aliqd ve ritatis. Quia pmus modus loqtur de esse apti tudinali et partim actuali. et sic ad vtrũq; mo dum stat dictum ipsorum. quia in triduo mortis xps erat in psona in actu habens corpus et a= nimam que apta nata fuerunt sibi inuicem vni ri. Sed tertius modus loqtur de esse simplicit actuali. Et quia ad hunc modum ỏr et cõcludi tur q xps in tridno mortis non fuit verus hõ. patet. quia homo mortuus non est hõver⁹. sed xps tunc erat mortuus. ergo ꝛc. Et si fuisz hõ sicut illi dicunt. oportteret concedi q fuisz hõ cecus surdus mutus. et sic de alijs. Sed ad mo tiuum Hugonis dicendũ. licet homo post mor tem incipiat esse beatus fm animã. nihilomin⁹ tamẽ desinit esse homo fm naturalem vitã. Sz ad magistrum dicitur q non sequitur q xpus habet corpus et animam. ergo est homo. Sed requiritur vltra hoc q anima informãs sit cor pori coniuncta q non fuit in triduo mortis et anima fuit a corpore separata per mortem. et erat in lymbo. corpus vero sine anima iacuit i sepulcro. Secundo queritur exquo xps ab ex= S no erat diues in tribus. Primo in bonis tem= poralibus. Juxta illud ps. Domini est terra t plenitudo eius. Secundo in bonis spũalibus. vt sapientia misericordia et gratia. t sic de ali= is. Tertio in bonis celestib⁹. fm illud ps. Glo ria et diuitie in domo eius. Quare tunc elegit paupertatem in hoc seculo. Ad hanc qstionez

respondet sanctus Tho. cõtra gentiles. q̃ hoc fecit duplici de causa. Quia dominus voluit facere diuisionẽ inter homines mũdanos ⁊ abũdantes huius seculi vt relinquerẽt mundanas diuitias q̃ sunt impedimenta supnorum et celestium bonorum. et hoc facere non potuit nisi mediante pauptate. quia si dives fuisset in hui⁹mũdi diuitijs nihil vel pauꝯ fuisset sua p̃dicatio cõtra diuitias. et vt magis retraheret a diuitijs ideo vitam paupem elegit. Secundo vt sic cõsideretur q̃ non diuitijs siue potentia attraxisset homines ad se. Sed sola diuinitatis potentia sapiẽtia et clementia. ꝓpterea elegit inscios et rudes apl̃os vt etiam p illos confunderet mũdi potẽtiores et sapiẽtiores. Ideo dic̃ Apostolus. j. ad Cho. x. Infirma mũdi elegit vt fortia queq̃ confunderet. Et. ij. ad Cho. viij Factus est egenus qui cum esset dives vt ipsi⁹ inopia diuites essemus. Tertio queritur q̃s p villicum significetur. Rñdetur ꝟm glo. interl. Villicus ille significat quẽlibet hominem cui dominus credidit triplex bonum. Primum est bonũ nature. et hoc est duplex. Quedam enim sunt bona corpis vt sanitas fortitudo agilitas pulcritudo nobilitas siue libertas. Quedã autem sunt anime vt rectitudo ingenij. velocitas q̃ memorie. bonitas potestas tollerãdi exercium spũale. naturalis dispositio ad virtutes siue v̊tus naturalis. Secundu bonũ est fortune. et sunt bona exteriora que sunt in potestate hominũ que p̃nt aufferri vt sunt diuitie. Tertium bonum est gratie. vt sunt v̊tutes. Et dicit Ambro. in ome. Cum non exercem⁹ in dispensatione illorum ad libitu dñi. sed ad ꝓpias illecebras cõmissis abutimur. criminosi villici sumus. et sic apud xp̃m diffamamur. Sed dices qui sunt illi diffamatores qui nos accusãt apud dñm. Ad hoc rñdetur q̃ triplex est diffamator. Primo qui quidẽ diffamant ꝓpriorum vitiorum conscientia. Quia dicit Robert⁹ Hol. sup li. Sapi. lec. cix. q̃ conscientia hominis est accusatrix sue ꝓprie prave transgressionis. Et declarat hoc in simili. Sicut em̃ puero daꝝ dica in qua defectus sui signãtur vt postea v̊beretur et nullo mõ licet sibi abijcere dicam suam. sed per eam accusabitur. ita cuilibet homi allegatur conscientia in qua omnia peccata sua narrantur vt ꝟm ea in iudicio accusent̃. iuxta illõ ad Roma. ij. Testimoniũ addente illis conscientia eorum in die cum iudicaverit deus occulta hominũ. Secũdo accusat aut diffamat malorum factorum euidentia. de hoc accusatore loquitur beatus Greg⁹. x. moza. dicens. Omnis inq̃t iniquitas apud secreta dei iudicia habet voces suas quilibet qui eam cõmisit pcõr accusatur et diffamatur. Et illorum factoꝝ q̃ sic accusant vnus est clamdestinum homicidium. Nam Gene. iiij. Cum Cain occidisset fratrẽ suum Abel dixit ad eum dominus. Quid fecisti ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me ō terra. ad hoc etiam ꝓbandum. Refert Aprarius. c. lvj. q̃ anno domini. M. cc. lj. In villa theutonie phorzen contigit q̃ quedam vetula iudeis familiaris puellam eis annoꝝ septẽ orbatam gentibus vendiderat occidendaz hanc igitur in oibus membroꝝ iuncturis incisionibus vulnerauerũt. sanguinem exp̃mentes ⁊ in lintheaminibus recipientes. et eam defunctaz in aquã fluidam iuxta opidum ꝓiecerũt. Tertia die aut quarta per manũ erectam in celum a piscatoribus est inuẽta et in opidum deportata clamãtibus populis a iudeis tm̃ scelus p petratum. Erat aũt in vicino marchio de Baden qui mox audito tanto piaculo peruenit ad corpus. Statimq̃ erectum residens extendit manus ad p̃cipem quasi vindictam sanguis implorare. post horam vero dimidiã iteruz se deposuit defuncti more supinũ. adductis ad hoc spectaculum impijs iudeis statim erupert omnia viscera corpis in testimoniũ nephande necis sanguinẽ copiosum effuderunt. et q̃si vi dictam clamauerunt. Sicq̃ iudei cum vetula rotati sunt. Aliud flagitium zodomiticũ Gen. xix. Clamor zodomorum et gomorreoꝝ multiplicatus est et peccatũ eorum aggrauatum est nimis. Tertium est fraudatio mercenariorum aut operarioꝝ q̃ multi iniusti domini faciunt qui mercedem debitã certo tempe non persoluunt qui famulos suos furari compellũt. quia nunq̃ fidelis erit domino famulus quẽ infidelem expitur in retribuẽdo. de isto clamore Jaco. v. Ecce inq̃t merces operarioꝝ vestrorum qui messuerunt regiones vestras q̃ fraudata ẽ a vobis et clamor eorum in aures dñi sabaoth introiuit. Quarto accusat oppressorum egenoꝝ angustia qui clamant ad deum ꝓ vltione. Et hoc figuratum est Exo. iij. vbi Pharao filios isrl oppressit. et clamorem ipsoꝝ audiuit dñs. Quia or ibidem q̃ clamor filioꝝ israel ascendit ab opibus ad dominũ. Sed inter oñes oppressiones clamãtes ad deum maxime videtur clamare opp̃siones et extorte exactiões facte cõtra viduas et pupillos que sunt psone indigentes auxilio. Ideo figuralit̃ or Exod. xxij. Uidue et pupillo non nocebitis. si leseritis eos clamabunt ad me et ego exaudiã clamorẽ ipsorum et indignabitur furor meus. ꝑcutiãq̃vos gladio et erũt vxores vestre vidue. et pueri vestri pupilli. Ecce ista sunt que peccatores diffamant apud deum. Sed tamen est notandum.

quidam diffamantur eo q̄ dissipant bona superius enumerata. Et primo bona nature vt sanitatem fortitudinem agilitatem qui ea consumunt in torneamētis hastiludijs luctatiōibus et huiusmodi qui sunt martires diaboli et plus se fatigant in his que promouent eos ad infernum q̄ ad dei seruitium. quare tales in inferno eternaliter cruciantur. Sicut probat venerabilis Thomas brabantinus in aptario. c. lxxvj. q̄ anno domini M. cc. xlij. iuxta nussiā super Renum nobile opidum multi nobiles et duces comites et barones et milites congregati sunt. Quidam autem frater nomine Eberhardus de ordine predicatorum rogauit eos vt desisterent et compaterentur christianitati que tunc temporis in vngaria a tartaris infestabantur. Quidam autem comes de christo dicto subsannauit fratrem et congregatis turmis militum ferale illud torneamētum inchoauit. mane autem vt plurimi referebant qui viderunt quasi gleba ingens et lata super aeravi debatur. et circa glebam ac supra corumi generis volucres craticando diutius volitare. et dicit doctor ille nec credo aliud q̄ demones hos fuisse nec mora cum torneamentum fieret milites ac satellites in tanta strage plurimi in mortem. nonnulli in vesaniaz plericq̄ etiam in languores perpetuos ceciderunt. vt nullus ambigeret ludum hunc non tantum hominum Sed verissime vltione diuina demonum extitisse. omnes fere ad tricētos et quadraginta septem computati sunt. inter quos etiam primus mortuꝰ est comes da castro illo. Sed eadem nocte quo die hec facta sunt in spectibus militum armatorum iuxta villam brabantie que yscka maior dicitur congregationes a demōibus presbitero ville teste fuisse. et hoc credo in signum letitie tanti mali. hec Apiarius. Et notandum q̄ non solum illi qui consumunt sanitates suas et fortitudines in hastiludijs et torneamentis diffamantur. Sed etiam illi qui sanitatem et fortitudinem consumunt in potationibus. comesationibus. et ebrietatibus. Quibus maledictionez inprecatur propheta Isa. v. Ue qui mane consurgitis ad sectandum ebrietatem et potandum vsq̄ ad vesperam et vino estuetis. Et loquitur principaliter de illis qui cum dominicis et festiuis debent querere salutem animarum et reconciliari deo dimissis ecclesijs. neglectis sermonibus. et diuinis officijs. studentse in tabernis vsq̄ ad plenum ingurgitare et quasi tota die continuare. De quibus etiam dicit dominus Hieremie. v. Ue q̄ potentes estis ad potandum vinum et fortes ad miscendum ebrietatem. Et vbi scriptura ponit ve. semper eternū ve denotare videtur. His etiam annectuntur omnes luxuriosi qui mediante luxuria consumunt virtutes corporis sui. Quia ſm Bernardum. Luxuria corpus enerua et animam commaculat. ideo apud deum diffamantur. et nisi peniteant eternaliter cum gulosis et ebrijs damnātur. Juxta illud ad Hebre. xiij. Fornicatores et adulatores iudicabit dominus. id est condemnabit. Nam refert Helimandus. et Uincentius in speculo hystori. li. xxx. ca. vj. q̄ anno domini. M. cliij. tempore Frederici primi sanctꝰ Benedictus duxit quēdam nouitium ad regionem vmbre mortis et terram tenebrosam. et vidit ille quasi turres horribiles. cui dictum est ab angelo Raphaeli. q̄ ille turres sunt camini infernales p quos fumus et flamma ignis eterni exeunt. post hoc vidit hominem in ardenti cathedra sedentem. et ante se stabant pulcerrime femine que tenebant cereos ardentes quos impingebant in faciem eius et in os et similiter retrahebant ardentes et semper per hoc patiebatur. et angelus. Dic inquit amicus fuit carni sue et inimicꝰ anime sue. quia gulosus et luxuriosus. Cathedra significat q̄ potens fuit in malicia amādo mulieres. et ideo maligni spiritus in tali specie torquent eum. His ergo gulosis et luxuriosis adiungendi sunt chorizatores et chorizatrices que fortitudinem suam infatigabiliter chorizā do consumunt. et plus diebus festiuis q̄ ferialibus hoc faciunt. Ideo a sanctis quorum festiuitates frangunt chorizando coram deo diffamantur. et post modicum tempus ad inferna descendunt et damnātur. Juxta illud Job. xxj Tenent timpanum et cytharam et gaudēt ad sonum organi. et in puncto ad inferna descendunt. Secundo diffamātur quidam q̄ dissipāt bona fortune scilicet diuitias male eas consumendo per superbiam inanem gloriam et mundi iactantiam. Quia dicit Seneca. Plus fastꝰ consumit q̄ necessitas. Aliqui consumunt eas in ludo. alij in conuiuijs superfluis. Contra q̄ Catho. Raro conuiua. Alij histrionibus et mimis sed non egenis. Contra quos dicit Sapiens. Mitte panem tuum super transeuntes aquas. et post multa tempora inuenies illum. Ecclesiastici sexto. dicit glosa. Aquam transeuntes sunt populi mortales videlicet pauperes. quibus dandus est panis diuitum. Juxta illud Thobie. iiij. Panem tuum cum esuriente comede. Tertio diffamantur quidam q̄ dissipant bona temporis qui dies et annos in vanitate consumunt mundi et non in seruitio dei. Sicut ille qui conqueritur in bozal. sapi. li. ij. ca. iij. Non inquit curabam preciositatem tem

poris in mensa. dies in vanitate reducebaz. p̃ciositatem vero eius non attendebam. Sz me quasi onagrum liberum natum putabam. tũc autem sicut piscis capitur hamo et aues comprehendũtur laqueo. sic captus sum in tempore malo. quod mihi ex templo superueniet. Et Richardus in li. soli. Deus vite mee q̃ varie tempora consumpta sunt q̃ fructuosa elapsa sunt a me Tempora mea que dedisti mihi vt facerem voluntatem tuam in eis non feci. Quanti anni quot dies. quot hore perierunt ap̃ me in quibus sine fructu vixi coram te. et quomodo subsistam. et quomodo leuare potero oculos meos in faciem tuam et in illo magno examine tuo. Si memorare iusseris et fructum requisieris singulorum patientissime pater non fiat hoc. habe ergo in obliuionẽ coram te qui perdidi vane tempora mea. heu multa nimis. Et si que te iuuant vtiliter seruaui quorum ad esse breuis est numerus et in memoria eterna fac permanere. Fiat amande pater hoc saltem desiderium temporis mei fructuosum et fructificatum in gratia tua. vt in die eternitatis inueniat locum et computabile perbenniter coram te. Hic poteris sermonem terminare.

Quantum ad secundum ponitur villici citatio aut vocatio ad rationem reddendam cum additur. et vocauit illum. et ait. Quid hoc audio
✠ de te. Ubi nota dominus vocat pc̃ores multipliciter. Primo beneficijs euidentibus. quia facit solem suum oriri super bonos et malos z pluit super iustos et iniustos Mathei. v. Deniq̃ extendit manus largifluas tam malos q̃ bonos pascendo et iniustos iustos faciendo. Ideo dicit Isa. lxv. Expandi manus meas tota die ad populum non credentem sed contradicentem mihi. Secundo vocat flagellis multiplicibus. iuxta illud Sapien. xiij. Cum das nos inimicis nostris multipliciter flagellis. Tertio vocat interioribus monitionibus Job xxxiij. Cum irruit sapor super homines z dormiunt in lectulo tunc aperit aures virorum et erudiens eos instruit disciplinam. Quarto vocat exterioribus vocationibus. Luce. x. Qui vos audit me audit Et qui vos spernit me spernit. Ue ergo illis qui deum in predicatione vocantem negligunt seu audire contemnunt. q̃ tales excõmunicandi sunt. vt dicitur de cõse. dis. j. c. Sacerdotis. vbi dicitur. Sacerdote in ecclesia dei verbum facite qui egressus fuerit de auditoribus. Ilo. quasi minus litteratum contemnens excõmunicetur. Unde Bernar. Quanta et hec iniuria et q̃ grauiter vindicanda cum vilissimus vermis clamantez audire d̃ dignatur creatorem vniuersitatis. His ergo vocibus vocat dominus quemlibet peccatorem. et si hic noluerit acq̃escere et de malis suis penitere dicit vnicuiq̃ singulariter et in extremo iudicõ vniuersaliter. Quid hoc audio d̃ te. in hoc q̃ non statim punit. sed prius inquirit et locum defensioni tribuit. ostendit q̃ nemo puniendus est nisi prius conuictus vel cõfessus et q̃ non debet faciliter credi cum aliq̃s diffamatur vel accusatur et presertim sacerdos Quia dicit beatus Hieronimus in epistola ad rusticum. Aduersus presbiterum accusationẽ non accipias cito. nihil enim statim vel facile de profecta etate credendum est. Et beat⁹ Gregorius scribit cuidam episcopo. lxxxviij. dis. Si quis vbi vult. Quod male de alijs non facile neq̃ cito credere debemus. Et Euarist⁹ papa. ij. q. j. ca. Deus dicit. Deus omnipotens vt nos a precipitande sententie prolatione cõpesceret. mala zodome voluit audita iudicare vt nobis exemplum in hoc dare ne in discutiẽdis precipites negotijs essemus adiudicandũ et ne mala proximorum prius quis q̃ presumat ante credere q̃ probare. id est examinare. hec ille. Ideo et dixit dominus ad villicum. Quid hoc audio de te redde rationez villationis tue id est totius vite tue. Et p̃mo oportet vnũquẽq̃ nostrum reddere rationem de cordis cogitationib⁹. Juxta illud Sapi. vj. Cogitationes nostras dominus scrutabitur. Sũt em̃ cogitationes maliciose ambitiose voluptuose fructuose. Maliciose sunt que a malicia peruersa p̃cedunt cum intentione et animo nocendi. De quo p̃s. lj. Quid gloriaris in malicia tu qui potens es iniquitate. tota die cogitat iniusticias lingua tua. Ambiciose. quia in ipsis homo ambit vt super alios extollatur. De quis Lu. ix. Intrauit cogitatio in eos quis eorum esset maior. Uoluptuose sunt quia voluptati deseruiũt De quibus Bene. viij. Sensus et cogitatio humani cordi prona sunt ad malum ab adolescẽtia sua. Infructuose, que sine vtilite et fructu sunt. De quibus p̃s. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sunt. De istis cogitationibus omnibus oportet nos si eos habuerimus in cordibus nostris reddere rationem et si peccatum mortale incluserunt a deo separabunt. Sapien. j. Peruerse cogitationes separant a deo. Ideo ad cauendum cogitationes noxias et peruersas sunt alique cautele.

Prima est timor domini vt homo imaginetur deum vbiq̃ esse presentez et videre secreta cor y
dis. Quia. j. Regum. xvj. dicitur. homo videt ea que patent. deus autem intuetur cor. Ilo. Quia ipsius proprium est scire secreta cordiũ Et cum homo hoc perpendit. cogitationes p

uersas non admittit. Ideo dicit Prouerbiorum xvj. In timore domini declinet a malo scilicet cogitationnm. Secunda cautela est custodia sensuum et precipue oculorum. Quia dicitur Trenorum. iiij. Oculus meus depredatus est animam meam. Et Hiere. ix. Intrauit mors per fenestras nostras. Ideo beatus Gregorius super illud Gene. iij. Uidit mulier lignum quod esset pulcrum ad videndum et suaue ad vescendum dicit. Non enim Eua lignum contigisset nisi prius incaute respexisset. Tertia cautela est fuga ociorum. quia dicit beatus Hieronimus. Non facile capitur a diabolo qui bono vacat ex continuo. Ideo idem dicit de conse. di. v. c. Nunquam. Semper aliquid benefacito vt te diabolus inueniat occupatum. Secundo oportet nos rationem reddere de ociosis locutonibus Juxta illud Mathei. xij. Dico inquit vobis de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij. vt dicit Glo. Ociosus sermo est ille qui neque ad illius qui dicit neque ad illius qui audit pertinet perfectum. Et beatus Gregorius. vij. moraliuz. c xxiiij. Ociosum inquit verbum est quod aut ratione iuste necessitatis aut intentione pie vtilitatis caret. Et similiter beatus Hieronimus. Quicquid non edificat audientes in periculum vertitur loquentis. Idcirco beatus Bernardus in sermone de gratia. Si de omni verbo ocioso quodcunque locuti fuerint homines deo sunt rationem reddituri in die iudicij. quanto districtius de verbo mendacij et criminoso delato et lasciuo. de adulterino aut detractorio iudicabuntur. Noli ergo inquit verbum quod risum aut cachinum moueat loqui. vt dicit Augusti. ad matrem spiritualem. ca. sexto. Sed quod magis ad compunctiones et lacrimas. animarumque profectum pertineat. tuus sermo sit sale conditus. Et infra. Ammodo iterum amoneo vt linguam tuam custodias. nulli detrahas. nemini maledicas. nulla risum mouentia verba proferas. cogita quam breuis sit hec vita. et quam misera in comparatione eterne vite. hec cogitatio in linguam tuam refrenando sine dubio ad sanctorum gloriam venies. Tertio oportet nos reddere rationem de nostris operibus. Juxta illud Ecclesiastici. xij. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium pro omni ornatu siue bonum siue malum. Et secundum Attanasium in simbolo. Qui bona egerunt ibunt in vitam eternam. Qui vero mala in ignem eternum. Circa quod nota de operibus nostris rationem coram deo reddemus. Primo quando ea cum tedio facimus. Quia dicit Sapiens Prouerbio. xviij.

Qui mollis est et dissolutus in opere suo super est vt opera sua dissipentur. De tali dicitur Apoca. iij. Quia nec tepidus es nec calidus nec frigidus incipiam te euomere de ore meo. Glosa dicit. calidus est qui feruens est in operibus. Frigidus qui simpliciter desistit a bonis operibus. Tepidus vero medio modo habet se. Ideo euomitur quando in deteriora precipitatur. impenitens moritur et a consortio sanctorum bonorum separatur. Circa hoc oritur dubitatio. vtrum tedium boni sit peccatum mortale. Ad hoc respondet Hermandus. soldis. Tedium boni potest considerari tripliciter. Uno modo prout est motus naturalis quidam ex lassitudine corporis per exercitium spirituale proueniens. et sic non est peccatum. Secundo modo secundum quod est motus appetitus sensitiui contristati de opere spirituali laborioso. et sic potest esse peccatum veniale. quamuis etiam ille appetitus sit deliberatiuus. et consensus in veniali non est nisi veniale. verbi gratia sicut cum canto vel oro cum tedio tamen dimittere propterea nolo et sic est solum veniale. Tertio modo cum hoc tedium redundat in obmissionem eorundem que sunt necessaria saluti ad que necessario homo tenetur. et sic est mortale. verbi gratia. Sicut non audire missam die dominico vel non implere penitentiam iniunctam. de illo dicitur Hiere. xlviij. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter aut negligenter. Et quilibet talis grauem reddet deo rationem. Quare quilibet opera sua ad que principaliter tenetur facere debet cum diligentia hilaritate et bona volnntate. Juxta illud. ij. Paralip xix. Cum diligentia omnia facito. quia diligentia in oculis dei plus valet quam opus. Et hec diligentia nihil aliud est quam intenta deuotio. Sed tunc intenta est deuotio quando mentem nostram infigimus in id quod tunc agimus omnem euagationem mentis secundum possibile restrigendo. Et hec diligentia multum placet deo. Sicut eius oppositum displicet vnde quod anima est in corpore hoc est deuotio in bono opere. Sed corpus sine anima nihil est. quia egrediente anima de corpore corpus marcescit et perit. Sicut dicit Aristoteles primo de anima. ita nihil est coram deo sine diligentia opus bonum. Ideo dicit sanctus Hieronimus. Mallem psalmum cum deuotione et hilaritate mentis decantare. quam totum psalterium cum fastidio et accidia. Secundo rationem de operibus nostris districtam reddemus quando ea pro lucro temperali vel honore foris hominibus exhibemus. sicut ille phariseus qui ait Lu. xviij. Jeiuno bis in sabbato. decimas

dñica nona post trinita.

do omniũ que possideo. Contra quod dixit dominus Mathei. vj. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ne videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apd patrem vestrum qui in celis est. Hic queritur an sit peccatum mortale cum quis laudem humanam in operibus suis querit. Dicunt enim doctores q sic. videlicet si laudem hanc vel lucrum quod querit preponit proprie saluti qz in omni opere bono honorez dei qui est alpha et o. querere debemus. ad hoc hortatur nos Gregorius in moralibus. Omne quod agimus bonum per intentionem semper ad celestia leuemus vt videlicet queramus honorem dei ꝓ priamqz salutem. Et beatus Hieronimꝰ. Quicquid agis inquit pro eterna mercede age vt nihil studeas propter laudem vel humanam opinionem. sed propter vitam eternam. Sed diceres an licet deo seruire pro regno celorum z vita eterna. Respondet q non. Quia qui solummodo bonum propter regnum celorum operatur nunquã illuc potest peruenire. Et ratio est. quia quicquid non fit ex caritate nõ est deo acceptuz. dicente Apostolo. j. Chorinth. xiij. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum. Si caritatem non habeo nihil mihi prodest. Ideo dicit Bernardꝰ. Caritas est bonum cum qua nec opus minimum despicitur et sine qua nec maximum acceptatur. vnde homo debet deo seruire et bona opera facere principaliter ex caritate qua diliget deum. Similiter mala dimittere propter deuz et habere spem q deus dabit regnum celorum si ei ex caritate seruierit. Et insuper eum a penis inferni liberabit vbi peccatores eternaliter cum demonibus puniuntur. Tertio rationem pro opibus nostris bonis coram deo reddemus. Si ea in peccato mortali videlicet inuidia superbia aut luxuria. ꝛc. faciemus. quia dicitur Leuiti. xxj. Si maculam habuerit scilicet opus bonum non erit acceptum deo. Ideo dicit dominus Isa. ꝑmo. Non accipiam a vobis sacrificium. quia manus vestre plene sunt sanguine. Sed diceres quis est in peccato mortali. Respondetur q ille qui fecit peccatũ mortale et non est contritus. vel qui habet propositum mortaliter peccandi. Et dico notanter. non est contritus. quia licet peccasset mortaliter si esset super illo contritus. et habet displicentiam illius peccati non est in peccato mortali. licet adhuc non sit confessus. sed habet ꝓposituz confitendi. Quia dicit dominꝰ Ezech. xviij. Quacũqz hora ingemuerit peccator peccati sui non recordabor. Et etiam dicit Cesarius in dialogo. Peccatum mortale si displicet fit veniale et venia dignum. Quarto rationem de operibus nostris bonis reddemus. si ea ad finem dimittimus. Quia dicit dominꝰ Ezech. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia et fecerit iniquitatem nũquid viuet. omnes iusticie eius quas fecit nõ recordabũtur. Ideo dicit Bernardus. Tolle perseuerantiam nec mercedem obsequium habet. Ideo legitur in vitaspatrum. li. iij. c. cxx. Erat quidam adolescens secularez habens patrem et ipse secularis. Sed ipse desiderauit fieri monachus et vix supplicando patri hoc obtinuit et ingressus est monasterium z factus est monachus. et cepit deo feruenter seruire in ieiunijs et orationibus. Contigit post aliquod tempus eũdem fratrem supplicari abbati dicens. Rogo te abba dimittas me vt ad heremum vadam. dixit ei ille. Fili noli hoc cogitare. ignoras enim temptationes diaboli et versucias eius. etsi tibi temptatio venerit non inuenies qui te cõsoletur. Ille autem cepit amplius rogare vt eum permitteret abire. Et abbas consensit. et postea rogauit abbatez vt cõcederet ei qui ostenderet ei viam. Et ordinauit vt cum eo duo fratres irent. ambulantibus autem eis per heremum vna die. altera defecerũt pre estu. qui proijcientes se in terram dormierunt. Et ecce aquila venit percutiens eos alis suis euigilantes viderunt aquilam et dixerũt adolescenti. Ecce angelus tuus surge et sequere illum. et surgens valedixit fratribus. sequebatur eam. et veniens vsqz dum staret. q̃ mox surgens volauit ad vnum stadium. iterũqz resedit. Similiter sequebatur eam frater. et itez volauit et sedit non longe. et factuz est hoc per horas tres. Postmodum autem diuertit se aquila in dextera parte et frater sequebatur eã. respiciensqz vidit tres arbores palmarum et fontem aque et speluncam modicam dicẽs. Ecce locus quem preparauit mihi dominus. Ingressus igitur cepit ibi sedere sumens cibuz de arboribus et de fonte aquam bibens. et p annos sex neminem vidit. Ecce vna die venit diabolus in specie abbatis senis habens vultum terribilem. frater timens procidit in orationẽ. et deinde surrexit. Cui dixit. quantum tempus habes hic. respondit sex annos. Et demon. ecce inquit vicinum meum nescicbam nec cogitaui nisi ante dies quatuor q hic habitaresi. et cogitaui mecum dicens vadam ad hominem dei conferens cum eo quid est de salute anime vestre et hoc dico frater. Quid proficiam⁹ in cellis nostris sedentes quia corpus et sanguinem christi non percipimus z timeo q̃ efficia-

mur exteri ab eo si nos ab hoc misterio elongauerim⁹. Ecce hoc per tria miliaria sunt monasteria habentia presbiteros eamus et cõmunicemus die dominico et reuertamur ad cellas nostras placuit fratri suasio diaboli euntes ingressi ad ecclesiam miserunt se in oratione. Exurgensq; frater ille nõ inuenit comitem suũ dicens. vbi putas perrexit an ad cõmunez necessitatem ambulauit. et cum diu sustineret et non inueniret. exijt foras q̃rens eum et cũ euz non reperisset. dixit ad fratres illius loci. vbi est senior ille qui ecclesiam mecuz ingressus ẽ? Qui dixerunt. nos alium non vidimus nisi te tantum. Tunc ille cognouit quia demon fuisz dicens. vide cum qua argucia diabolus me eiecit de cella mea. sed tamẽ mihi non nocet quia ad opera bona vestri percipiam. ergo corpus xp̃i. Et sic reuertar ad cellam post missam facta cõmunione reuerti voluit quem tenens abbas monasterij dixit. nisi reficiaris nobiscum non te dimittemus reuerti. facta cibatione reuersus est ad cellam. Post aliquot dies iteruz venit diabolus in specie iuuenis secularis cuiusdam et cepit eum inspicere a summo capitis vsq; ad pedes dicens. ipse est iste aut non. Qui frater. quid me sic respicis? Qui ille. ego sum vnicus scilicet pater illius filij. Nonne pater tuus et mater tua habẽt nomen tale. et sic de fratre et sorore. et tu sic vocaris. et mancipia illa sic et sic sunt dicta. Mater tua et soror tua ante tres annos sunt mortue. pater tu⁹ vere defũctus est et fecit te heredem dicens. Qui habeam dimittere substantiam meam nisi filio meo viro sancto qui reliquit seculuz et abijt post deum. vadent aliqui qui eum requirunt vt veniẽs eroget eam pauperibus pro anima mea et sua et perrexerunt multi querentes te t minime inuenerunt. ego autem ex occasione inueni te. cognoscens te. et ne feceris moram. Sed veni et vende omnia et fac voluntatem patris tui. respondit frater non necesse habeo reuerti ad seculum. respondit diabolus. Si non veneris et deperit substantia illa. tu exinde reddes rationem. Quid enim mali tibi de eo vt venies desegenis vt dispensator bonus vt non male consumatur et postmodum reuerteris in cellaz tuam. Quid multa frater venit cum eo in cinitatem qui relictus est ab eo et ille volens ingredi domum patris sui tanquã iam defuncti et ecce pater suus viuus egressus videns eum non cognouit. Qui dicit ad eum. quis es tu. ille vero turbatus nihil potuit respondere. Qui iterum interrogans quis es? Qui confusus dixit. Ego sum filius tuus. Cui pater. vt quid reuersus es

Erubuit autem dicere quod euenit. Sed ait caritas fecit me reuerti quia desideraui te. et remansit ibi post aliquot dies incurrit fornicationem et supplicijs multis afflictus a patre infelix non egit penitentiam ipse. sed remansit in seculo omnia bona sua perdens et damnat⁹ est Ecce q̃ districtam rationem deo reddidit qui postmodũ in multa peccata lapsus fuit. Quar to oportet reddere rationez de prelationib⁹ quia dicit Hol. super li. Sapi. li. vij. q̃ deus interrogationem faciet de tribus. maxime si fueris dominus vel prelatus vel in honore constitutus vel dignitate. Dicit enim tibi redde rationem villicationis tue qualiter vixeris et qualiter bona expenderis. Primo qualiter vixeris lubrice. auare. ambitiose. et ludificatorie. Jõ de talibus dr. Sapi. vj. Prebete aures vestras qui tenetis multitudinez et placetis vos in turbis quoniã data est potestas a domino vobis et virtus ab altissimo qui interrogabit opa vestra qui cogitationes scrutabitur. Secundo interrogabit qualiter subditos rexeris. nam malicia subditoz vertetur p magna parte in capita dominoz. ẽm illud Sapi. iiij. Ex iniquis ẽñ omnes filij qui nascentur. testes sunt nequitie aduersus parentes et interrogatione sua. et tã patrum q̃ filioz in subiectorum et platorum. Jdeo bea. Aug⁹. in quadam epistola ad comitem carissimum dicit. exhortãdo queso mi frater vt omnibus subiectis et bone voluntatis in domo tua a maioris vsq; ad minimum amorem et dulcedinem regni celestis et amaritudinem et timorẽ gehenne annũcies et de eorũ salute sollicitus ac vigil existas. quia de omnib⁹ subiectis tibi qui in domo tua sunt. reddes domino rõnem. Tertio interrogabit te deus qualiter tua expenderis. Sicut hic de villico diffamato apud dñm suum qua dissipasset bona ipius. Quid ait audio de te hoc? redde rationez villicationis tue. Et ideo q̃ uidendum est nobis diligenter quasi istum computum reddemus. quia Job. ix. dr. Si repente interrogabit quis respõdebit q̃ domin⁹ Et infra dicit ibidẽ Hol. lec. lxxvij. sup illud Sapi. vj. Horrende et cito apparebit vobis quoniã iudicium durissimum in his qui p̃sunt fiet. Nam inquit fiet duruz qz male intrauerunt. durius qz male rexerunt. durissimuz quia male vixerunt. Tunc eñ erit triplex questio. quomodo intrasti. quõ rexisti. et quomodo vixisti. Quomodo intrasti per symonias et violẽtias et fraudes siue denarios. quõ rexisti p̃cialiter. animose. iniuste. et dissimulatorie. Quomodo vixisti. sicut xp̃ianus vel paganus sicut sacerdos vel rusticus sicut homo

aut sicut pecus. Et subdit. Durum iudiciuz fi-
et secularibus. Durius religiosis. Sed durissi
mum malis peruersis prelatis. Dura questio
quia a pauperibus extorsionem fecerunt. Du-
rior quia bona pauperum consumpserunt Du
rissima quia christo et ecclesie de perceptis
non seruierũt. Dura questio. quia oues christi
non pauerunt subsidio corporalis substantie.
Durior quia non pauerunt verbo doctrine.
Durissima quia nõ pauerunt eos exemplo bo-
ne vite. Dura q̃stio quia bonos nõ informaue
runt. Durior quia malos non increpauerunt.
Durissima quia ipsimet non bene vixerunt Sz
diceres licet rationem de cogitationibus et lo
cutionibus facere oporteat tamen adhuc tem
pus restat prolixum qñ hec fiant. et ibi supple
bo quod hic ẽ õmissum Ideo dñs hoc remouẽ
do ponit tria. ꝑmo. mortis vicinitatem. cum
dic̃ Jam. q. d. de proximo erit mortis termin⁹
quia breues dies hominis sunt. Job. xiiij. Se-
cundo ponit mansionis impossibilitatez ibi nõ
poteris scilicet hic manere. quia non habemus
hic manentem ciuitatem. sed futuram inqui-
rimus. ad Hebre. xiij. Tertio benefaciendi nul
litatem cum dicit villicare. id est aliquod bene
facere non poteris. quia non opus scilicet ad
ꝑmerendum nec rõ ad se excusanduz nec sapi
entia scilicet aliquid de eternis gustanduz nec
scientia ad bene considerandus erit apud infe-
ros quo properas tu. Eccs. ix. Ideo quantuz
ad tertium p̃ncipale vbi ponitur cordis cogi-
tatio ad futurorum, puisionem quam fecit vil-
licus ille qui ait intra se. quid faciam z̃ Debe
mus et nos ipsum imitare. et ꝑmo in status no
stri discussione ad quã hortatur nos Sapiens
Eccl. xxxij. Precurre prior in domum tuam et
illuc age cõceptiones tuas non in debitis et v̊
bo superbo. Et. c. xviij. dicit idem. Ante mor-
tem interroga te, p omni statu vite tue et inue-
nies, ppiciationem scilicet peccatorz tuorum.
Et Eccl. viij. dicit idem. Ante iudicium interro
ga te. Et quomodo debz fieri illa interroga
tio. debet enim homo animã suam tanq̃ ream
ad iudiciũ citare. quia citato est iudiciarij ordi
nis fundamentum. vt extra de ma. et obe. Jnt̃
quatuor. Et quia nullus debet iudicari aut fa-
tigari sine accusatore z testibus. vt dicit extra
de accusa. Si legittimus non fuerit accusator
non fatigetur accusatus. Ideo cogitatiões ac
cedant tanq̃ accusatores. Sed conscientia te
stimonium perhibet. Timor autem debet eum
torquere. a pristina conuersatiõeq̃ peccati oc
cidere vt sibi sanguis exeat peccatorum. De
his dicit Aug⁹. i li. de peni. Ascẽdat homo ad
uersuz se tribuual mentis sue constituat se añ
faciem suam atq̃ ita constituto in corde assit
accusatrix. conscientie cogitatio. conscientia
testis. carnifex timor. Jnde quidam sanguis q̃
si confitentis per lacrimas. Ideo etiam dicit
Bernardus. Jntegritatis tue curiosus sis ex-
plorator vitam tuam quotidianam excussione
examina. Attende diligenter quantum proficí
cias qualis sis in moribus et qualis in affecti
bus q̃ similis deo et q̃ dissimilis et q̃ prope z
q̃ longe non locorum interuallis. sed motuuz
affectionibus et affectibus. Idem Bernardus
Ab interioribus inquit ad superiora conscen-
dam vt possim ꝓgnoscere vnde venio aut quo
vado. Ab interioribus ad exteriora redeaz vt
videam quid sim et vnde sim. vt sic per cogni-
tionem mei veniam ad cognitionem dei. z hoc
fecit villicus qui dixit intra se. quid faciã. glo.
vt penas euadam aut euitem. Secundo ipsuz
imitare debemus in mortis cogitatione aut re
cordatione. quia dicit. Auffert a me villicatio
nem. id est humane vite operationem p mor-
tem que rebus tempaneis finem imponit. vt
dicit Sene. Ideo dicit beatus Gregorius. ix.
mora. c. uj. Ante platonem irrenocabilis sen
tentie, puidendum est reo ante ianue clausio-
nẽ festinandum est peregrino ante vite termi-
num subueniendum est infirmo. quia post mor
tem non est culparum damnabilium remissio.
Et dicit notanter auffert in p̃ti et non aufferz
in futuro. et hoc propter moriendi cõtinuita-
tem. Quia ex illa hora ex qua homo nascitur
statim incipit mori. Juxta illud. ij. Regum. x-
iiij. Omnes morimur et quasi aqua in terram
dilabimur que non reuertetur. Jdcirco Señ.
in hoc fallimur quia mortez non inspicimus p̃
sentem enim diem cum morte diuidimus. nec
ipsa habet partem deteriorem. quia totũ tem
pus vite nostre qd transit ipsa rapit. nostr̃ nõ
est nisi p̃ns. Nullus raptor violentior ipsa. q̃c
quid enim tpis maioribus nostris venerit sta
tim rapit. hec beatus Hiero. quotidie inquit.
morimur. quotidie enim aliqua pars vite nr̃e
dep̃mitur. et tunc quoq̃ cuz nos crescim⁹ vita
decrescit. Sed qui cogitat se semp moriturum
quid mirũ si de vita futura bene disponit. Ter
tio imitari ip̃m dẽmus i impotẽti e recognitiõe
qz ibi erit homo impotens ad bonũ opus. qz
tunc non erit tempus bñ operandi. qz ãmodo
dic̃ sp̃us vt requescant a laboribus suis. Apoc.
xiij. Nec poterit ibi ab alijs bona opera men
dicare. Quia ỹr Math. xxv. Cum ille v̊gines
q̃nq̃ fatue que videtur hr̃e figurã damnatorũ
peterẽt a sapiẽtibus dicentes. Date nobis de

oleo vestro quia lampades nostre extinguunt responsum est eis ne forte non sufficiat nobis et vobis. ite potius ad vendentes et emite. Jō in presenti debet q̄libet operari bonum ꝑm cō silium Apostoli ad Gall. vj. Dum tempus habemus opemur bonum. Et nolentes operari remittit Salomon ad formicā Prouerbio. vj. Vade ad formicam o piger et disce sapientiaz Consistit autem sapiētia eius in quatuor. Primo in granorum congregatione. Nam in estate grana tritici congregat. Juxta illud metriste. Congregat in messe qd̄ hz formica necesse. Jta homo in vita presenti que messi ⁊ estati cōparatur debet colligere triticum bonorū operum et merita futurorum p̄miorum. Quia dic̄ Sene. Si que per laborez recte feceritis labor cito recipiet beneficium eternum. Si que ꝑ voluptatem praue feratis voluptas cito transit. Factum autem eternaliter manebit. quasi di. q̄re potius recta et bona debetis operari. Secundo sapientia eius consistit in congregatorum perforatione. iuxta illud dictum Phisol. Granum quodq; legit prudens formica biptit Et hoc ido facit ne ex aspersione pluuie pullulent et anihilentur aut putrescunt. Sic homo debet hic in presenti vita gratie bona opa sua gladio verbi dei perforare. de quo ad Hebreos iiij. Viuus est enim sermo dei et efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. Et hoc dēt homo ideo facere ne pluuie temptationum diaboli anihilent bona sua et faciant germinare peccata. quā quidam germinationem peccatoruz impedit ista perforatio. ps̄. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Tertō sapientia formice consistit in perforatoruz decorticatione vt ea scilicet grana purius comedat. Sic homo debet cortices mundane delectationis ab operibus remouere vt pura eius opera inueniātur. et christus eorum puritate pascatur. Quia dicitur Cant. ij. Qui pascitur inter lilia. Jdeo dicit dominus Hiere. xv. Si separaueris purum ab impuro quasi os meuz eris. Quarto consistit eius prudentia et sapiētia in decorticati desiccatione. quia si g̃na sua fuerint humectata ad solem ea ponit et desiccat. Jta moraliter si aliqua opera nostra sint humectata aquis peccatorum desiccāda sunt ad verum solem christum. quia humorem vicōrum ipse extrahit. et grana bonorum sana reddit. quia dicit Jsa. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. et peccatorum tuorum non recordabor. Quarto debemus imitari hunc villicum in discreta ꝓuisione. Quia dixit. Scio q̄d faciam vt cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. q. d. volo misericordiā facere pauꝑibus vt post mortē recipiant me in domos suas. vbi dicit glo. regnum celoꝝ est domus miseroꝝ. iux̄ illd̄ Ma. vj. Beati pauꝑes spū q̄m ipsoꝝ est regnū celorum. Jn hāc domum nullus pōt ingredi nisi ꝑ opa misericordie vel corꝑale vel spūale. Jn cuius figura Salomō in ingressu tēpli fecit duo ostiola de lignis oliuarum. iij. Reg̃. vj. Oleuz aūt significat misericordiā per quā nisi homo ꝑtransierit. ad templuz veri Salomonis Jesu xp̄i nō poterit ꝑuenire. ꝑm illud dictū Pe. raueñ. Sibi apud deum pietatis ianuam claudit q̄ viscera misericordie ꝓximo mendicanti non aperit.

De eadem dominica Sermo.

Facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabnacula. Jta scribit̄ Lu. vbi. s̄. Phs in probleumatibus dicit. Cū alicui homini manus vel brachiū detrūcata fuerit frigus in latere illo ꝑpetuo sustinebit. Cuius rōnem Constantinꝰ ponit in li. de naturis morboꝝ. Nā effluente ꝑ ꝯtritionē mūdo sanguine effluit ⁊ coexpirat calidū eiusdē lateris vniuersuz. vel alia ratio. Cruor fundamentū est atq; thesaurꝰ nature ꝑiterq; caloris. cum g̊ cruore vl̄ sanguine orbatꝰ fuerit ip̄e calor ꝓtinus euanescit. et hec ratio est Galieni. Moralit̄ ꝑ manū intellige qd̄libet opꝰ bonū vel p̄ncipalit̄ opꝰ misericordie qd̄ exercet̄ in elemosinaꝝ largitōe. quā quidē manū si q̄s sibi abstulerit vicz non dādo elemosinas egenis. frigus ī se finalit̄ eterne penalitat̄ ⁊ miserie sustinebit. Sic̄ testat̄ b. Aug. in li. lxxxiij. q̄stionū. Jlli aūt ī quo caritas extincta fuerit erga ꝓximū ꝑpetue ꝓfecto penalitatis īminebit suppliciū et tormentū. Et hoc figuratum est de illo q̄ in nuptijs inuētus fuit ñ hñs vestem nuptialē. ad quem dñs ait. Amice quō huc intrasti non hñs vestē nuptialē. at ille obmutuit. Et dixit dñs. Ligatis manibꝰ et pedibus ꝓijcite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. s. ratione frigoris Math. xxij. Quid est vestis nuptialis nisi caritas apud proximum qua sue miserie subuenitur quam si quis non habuerit in eternū frigus mittet̄. vbi ab aquis niuium frigidis trāseunt ad calorez nimium. Job. xxiiij. Jō dñs in v̄bis prelibatis hortatur nos ad caritatis oñsionē. ꝓximis ꝑ elemosinaꝝ largitiōez. cū dic̄

Dominica nona post trinita.

facite vobis amicos. et tria facit breuiter. primo vt amicos nob faciam⁹ ibi. facite vobis. secundo de quo eos facere debemus ibi. de mãmona iniquitatis. tertio ad quod eorum indigemus ibi. vt cuz defeceritis. Primo ergo hortatur vt amicos nobis faciamus. cum dicit. fa
B cite vobis amicos. Ubi nota in electione amici tria sunt attendenda. Primo vt ille qui eligitur sit prudens et discretus quia amicitie stultorum solent esse obnoxie. quia qui cum stultis versatur similis eis efficitur. Secundo vt ille sit bonus. quia amicitia bonorum cum malis est periculosa. quia ipsi ex malorum familiaritate in vita et conscientia corrumpuntur et in fama obfuscantur. Quod probat Christ super Math. per duo exempla. Primum si vinũ admiscetur aceto vinum non corrumpit acetum. sed acetum vinuz. Acetum significat malos q̃ deum in suis malis operibus exacerbant. ps̃. attestante qui ait. Exacerbat dominum peccator. Sed per vinum significãtur boni qui deuz letificant per bonam conscientiam ꝛ proximũ per bonam famã Judi. ix. nunq̃ possuz deserere vinum meũ. quando ergo boni miscẽtur cuz malis licet mali interdum ex hoc meliorentur. quia cum sancto sanctus eris. ps̃. Tamen boni sepius in fama corrumpuntur. Juxta illud Apostoli. j. Chorinth. xv. Corrumpũt bonos mores colloquia prava. Secundum exempluz est. q̃ si admisceatur farina luto. farina nõ coinquinat lutum. sed lutum farinam. Moraliter boni sunt farina qui mola scilicet timoris ꝛ amoris se conterunt et ad candorem cor suum deducunt. et ideo suauem panem faciunt. Sed lutum scz sunt mali in conspectu dei sordidi ꝛ fetidi. pedibus demonum conculcati. et in cloatam inferni proiiciendi. cum ergo bonis commiscentur quãuis mali quandoq; dealbentur. tamen sepe in conscientia boni coinquinantur Juxta illud. j. Chorinth. vj Modicum fermentum totam massam corrumpit. Tertium exemplum addit Gregorius. quia si auruz argento misceatur. argentum ad auri claritatem exurgit. aurum autez expallescit. Auruz moraliter sunt viri sancti in fama fulgidi et in vita precõsi. argentum aũt sunt mali qui bonos denigrãt Quando ergo boni miscentur cum malis quãuis mali videantur lucere. tamen boni videtur palescere. Quia dicit Tullius de amicitia. hoc sentio amicitiam nisi in bonis esse non posse. quomodo erit amicus qui sibi est inimicus. hec ille. Sepe tamen contingit q̃ boni cõmiscentur cum malis. et tamen nec boni malos conuertunt. nec mali bonos corrumpũt. Quod p tria exempla potest videri. vinum enim est cuz fece. et fex non auffert vini dulcedinem. nec vinum feci acedinem. Sic rose morantur cũ spinis. nec spine aufferunt rosis quin redolẽt. nec rose spinis quin pungant. Sic aurum quando occultatur in luto. lutum non auffert auro suum colorem nec aurum luto fetorem. Sic sepe mali morantur cum bonis nec mali possunt auferre bonis sanctitatem. nec boni malis iniquitatem. Tertio in electione amici videndum est ne sit superbus. Quia null⁹ conuenit cum amicitia. quia superbus nescit esse socius. vult cũ esse dominus. Prouerbi. xj. Ubi fuerit superbus ibi contumelia. Ideo dicit Ambrosius li. iij. de officijs. Amicitiam superbia nescit. Et dicit notanter. facite vobis amicos. Ubi nota q̃ Robertus Hol. super li. Sapientie. lec. cx. x. dicit. q̃ inter omnia presenti vite necessaria maxime foret vtile discernere inter amicos et inimicos. Quia frequenter amicos credimus illos qui sunt realiter inimici. et illos inimicos aliqualiter estimamus qui nobis realiter sunt amici. Et subdit. Sunt enim duo genera hominum qui apparent amici et sunt hostes et inimici. Et duo genera hominum qui videntur inamici. ꝛ sunt amici. Et idem. Quidam realiter et quidam apparenꝫ quadruplices habent inimicos videlicet blandos adulatores. falsos cõsulatores detrahentes et persecutores corripientes. Primi sunt examinandi per conscientiam. Secundi sunt repudiandi per prudentiã Tertij sunt tollerandi per patientiam. Quarti sunt acceptandi per beniuolentiam. Primi ergo qui videntur amici et sunt inimici a quibus nos custodire debemus sunt blandi adulatores. qui enim ita suauiter roderet vt guttur amputaret vel genam penetraret. vel vt oculum tuum erueret merito foret inimicus dicendus Sed adulator. ideo tibi blanditur vt te decipiat vt oculum discretionis tibi eruat. Ideo dicit Seneca in Epistola. Adulatio que similis est amicitie venit ad me pro amico blãdus inimicus. quasi diceret. vt me laudãdo decipiat. Sad tamen quasi omnes adulatores libenter audiunt. Sicut probat idem Sene. in epistola. xcv. Non sumus contenti modica laudatione imo si quis nos sapientissimos sanctissimos modestissimos predicat totum accepta-
mus tanquã nobis debitum et tamen nob cõstat q̃ illi solent mentiri cõmuniter q̃ nos laudant in laudibus nris credim⁹ eis et iõ nos nõ corrigimus. ideo mutari nolumus qz nos aptius esse credimus. Sed dicit dñs per Jsa. iij. Populus meus qui te beatum dixerunt.

Sermo lxiiij

ſpſi te decipiunt. Ecce q̄ falſi amici ſunt illi. ideo examinandi per conſcientiam. Conſideremus em̄ defectus noſtros de quibus conſcij ſumus. tunc non decipiemur. et hoc eſt q̄ docet nos Sene. in epiſtola prealegata inducēs exemplum de Alexandro magno qui in obſidione cuiuſdam vrbis dum circūiret muros ſagitta percuſſus eſt. Et cum vulnus vehementer doleret ait. omnes iurant me eſſe filium Jouis. Sed vulgus hoc me eſſe hominem clamat Idem et nos faciamus dicit Señ. Dicam⁹ vos dicitis me prudentem eſſe ego video q̄ multa inutilia concupiſcam. nec hoc quod intelligo quod animalis mōſtrat ſacietas quis cibo q̄s potioni debeat eſſe mod⁹. Secundi inimici ſūt falſi conſiliatores qui nobis aliud ſuggerūt q̄ expedit animabus noſtris. Ideo dicit Ambroſius in li. de offi.. Nec habeas conſilium cum his qui laqueos innocētibus preparant. vnde et per Salomonē dicitur Eccleſiaſtici. xj. Nō omnem hominem inducas in domum tuam. Glo. ad contrahendam tecum familiaritatem et amicitiam. Sed ſolū in fidelitate probatum multe enim inſidie ſunt doloſi. Nam ſm Glo. frequenter querunt decipere ſub p̄textu amicitie. Et ſubdit Ambroſius. cum viro pio aſſiduus eſto. quecunq; ſeruare noueris mandata q̄ eſt in anima tua ſm animam ſuam. et ſi offenderis cōdolebit tibi. Tertij inimici ſunt detrahentes et perſecutores. et iſtos vulgariter hoſtes inimicos qui conditiones et perſonas noſtras ledunt et tamen ipſis verbis frequenter nobis p̄ficiunt. Sicut probat Boeti⁹ li. iiij. de conſo. pſa. vj. Et beatus Grego. ſup Ezechie. Peruerſor inquit derogatio vite noſtre approbatio eſt. quia tum oñditur aliquid iuſticie noſ habere ſi illis qui deo non placent incipimus diſplicere. Non em̄ eſt derogatio ſed cōmēdatio lucis quā odiunt et fugiunt veſpertiliones Sci viri ſunt lux mundi per lucidam famam et ſinceram conſcientiam. de quibus dic̄ Apoſtolus. j. Thor. v. Vos filij lucis eſtis et filij dei. Peccatores autem ſunt veſpertiliones amantes ſemper opera tenebrarum. Item non derogatio ſed cōmendatio odoris ſi cum ſerpentes pungūt. viri boni ſunt bonus odor x̄pi per bonam conuerſationez ſuam. Juxta illud ij. Thor. ij. Alijs quidem ſumus odor mortis in mortem alijs odor vite in vitam. Peccatores autem ſunt ſerpentes pleni veneno peccati Tertio nō ē derogatio ſed cōmendatio coloris Si ceci de illa mentiantur et iudicent falſum peccatores ſunt ceci. Soph. p̄mo. Ambulauerunt vt ceci. quia domino peccauer̄t. et Sapi. ij. Excecauit eos malicia eorum. Ideo male iudicant de ſanctis viris et eorum temeraria iudicia contemnenda ſunt. Quarti inimici quos habemus apparenter. ſed tamen realiter ſunt amici corrigentes et correctores qui nos de noſtris exceſſibus et erroribus arguunt. puniunt. z emendant. Veritas enim errantibus eſt odioſa quādiu in erroribus ſuis perſeuerant. Talis enim fuit Paulus contra Gallatas. Quibus dixit ad Gall. iiij. Inimicus fact⁹ ſum vobis verum dicens vobis. Et Teren. in andria. dicit. Veritas odiū parit. Et Auguſtin⁹ in omel. que legitur in feſto beati Johannis ō collatione. videtur dicere veritatem aliquos offendere et aliquos audire. Sed tanta eſt virtus veritatis q̄ nullus eam vere audire poteſt cum nullo modo in ſe habeat rationem mali. Nam cum quereret Eſdras ſcriba. ij. Eſdre. iij. et allegatur a Cypriano di. viij. c. Conſuedo. que virtus eſt maior. reſpondit quidaz mulieris alius regis alius vini alius vero veritatis. et hanc vltimam reſponſionem Eſdras approbat dicens. Veritas valet et inualeſcit in eternum. ergo non poteſt odiri. Ad hoc reſpōdet doctor Egidius in prologo li. ſententia x̄. q̄ veritas nullo mō oditur in ſe. ſed in ſuis effectibus inquātum malorum prodit vel corripit et ſic correctores videntur inimici cum tamen ſunt amici. Iſti autem inimici apparenter ſunt accipiendi per benivolentiā. Juxta illud Ma. v. Diligite inimicos veſtros et benefacite his qui vos oderunt. i. malos mores veſtros. His habitis videre quis poteſt quos amicos quilibet debeat facere ſi non blandos adulatores. non falſos conſulatores ꝛc̄. Sed pauperes et non quoslibet pauperes debet ſibi quis facere amicos. Sed eos qui p̄ſt eum in eterna tabernacula recipe. Naz ſi ipſi debent nos in regno celorum recipere oportet eos eſſe tales q̄ et illuc valeāt peruenire vt ſunt diſcreti boni z humiles quales ſunt pauperes ſpiritu. verum q̄z non ſemper tales pauperes occurrunt z neceſſitas extrema alicuius pauperis interdum aliud requirit. Idcirco non ſemper ad p̄ditionez paupis reſpiciendū eſt. ſed potius ad neceſſitatem indigentis. Ideo dicit Hiero. in quadam epiſtola. Siue ille ſacerdos ſiue cognatus vel affinis nihil in illis conſideres niſi paupertatem diſcretionis. oibus indigentibus ſupplici ter tribuamus non q̄rentes cui ſed q̄re. Quiſquis em̄ in quacunq; neceſſitate morituro p̄ſt ſuccurrere ſi non fecerit occidit. hoc eſt abſq; dubio verum etiam ſi ſit peccator. Sed di. a. pauperes quos etiam debemus facere amicos

debent esse tales qui possunt nobis in beatam vitam introducere. et illi sunt sancti. sicut declarat sanctus Augustinus. de verbis domini ome. qua dicit. Qui sunt qui habent eterna tabernacula nisi sancti dei. et qui sunt qui ab ipsis recipiendi sunt nisi qui eorum indigentie sb ueniunt. et quid eis opus est hilariter submini strant. hec ille. Et quia multi pauperes hic accipientes elemosinam propter eorum demerita nunquam veniunt ad regnum celorum. ꝛ plerumq; etiam diuites eis dantes prius morun tur ꝙ accipientes. et quomodo poterunt ipsi pauperes recipere alios ad eterna tabernacula que nec ipsimet habent. Ad hoc dicunt doctores et principaliter Chrisostomus. ꝙ non ipsi pauperes habent recipere elemosinarios suos ad eterna tabernacula. Sed occasione eorum pro bonis operib⁹ in eis exercitatis isti recipientur. Et ait Chrisostomus. Attendite inquit ꝙ non dixit dominus vt suscipiant in suis mansionibus. non enim ipsi sunt qui suscipiunt. vnde cum dixisset. Facite vobis amicos. inde addidit. de mãmona iniquitatis. ostendẽs non simpliciter eorum amicitia patrocinabit̃ nisi opera bona hos comittentur. Et ꝑm hoc id quod dicit. recipiant vos. non refertur ad pauperes. sed ad sanctos angelos et electos dei qui ex huiusmodi operibus bonis fiunt amici largientium elemosinas pauperibus. Et huic etiam summe concordat Ambrosius dicens. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. vt largiendo pauperibns vt angelorum ceterorumq; sanctorum amicitiam comparemus. et non solum gratiam angelorum dando elemosinam pauperibus acquirimus. Sed veri amici. de quo Prouerbi. xij. Qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorũ habebit amicum regem. Et iste quidem amic⁹ recipit nos in eterna tabernacula. Quantuz ad secũduz ponit de quo amicos facere debeam⁹ E vt cum dicit. de mãmona iniquitatis. Ubi nota ꝙ de mãmona iniquitatis. id est inequalitatis. multiplici ratione. Primo diuitie dicũtur inequalitatis. Quia inequaliter acquiruntur. Uno modo iusto titulo. et tunc de eis potest fieri elemosina. Et ista elemosina multos habet fructus. Primus est peccatorum extinctio. iuxta illud Ecclesiastici. iij. Ignem ardentem extinguit aqua. elemosina resistit peccatis. Sup quo dicit Glosa. Sicut aqua extinguit ignem. ita elemosina peccatum. Et Augustinus in sermone. Multa inquit sunt genera elemosinarũ quas cum facimus adiuuamur vt dimittãtur debita nostra. Sed ea nihil est maius ꝙ ꝙ ex corde dimittimus. quod in nobis quisq; peccat. Ideo dixit Daniel ad Nabuchodonosor regem. c. iiij. Peccata tua elemosinis redime. Secundus fructus est vie ad gratiam preparatio. Sicut de Cornelio. Actuum. x. Cui elemosine sue quas quotidie faciebat ad penitentiam et gratiam viam preparabant. Ideo dictum est sibi ab angelo. Orationes tue et elemosiue tue ascenderunt in memoriam in cõspectu dei. Et ratio illius fructus potest esse quia misericors est pauperi deus et misericors est illi gratiam dando sibi. Ideo dicit Ambrosius li. de offi. Nihil ita cõmendat christianam animam quẽadmodum misericordia. imo non solum acquirit homini gratiam. Sed etiaz in homine custodit eam. Juxta illud Ecclesiastici. xxiij. Elemosina viri quasi sacculus cum eo. et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit Tertio est bonorum temporalium augmentatio. Prouerbio. iij. Honora dominum de tua substantia. et de primicijs frugum tuarum da pauperibus. ꝛ implebũtur horrea tua. Et Lu. vj. Date inquit dñs et dabitur vobis. Quartus fructus est intercessorum multitudo. quia F dicit Hieronimus ad Nepocianum. Qui opera pietatis libenter exercet habet multos intercessores. et impossibile est multorum precef non exaudiri. dicit dominus. hic facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. dato enim ꝙ pauperes mali essent et peccatores. adhuc elemosina eis data erit ad deum. Juxta illud Ecclesiastici. xxix. Conclude elemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro te vt eruaris ab oi malo. Quintus fructus est paradisi reseratio. quia elemosina est ostiaria paradisi claudens ostium auaris. Quia dicit Apostolus. j. Chorinth⁹. vj. Auari regnum dei non possidebunt. et aperit munificis. Math⁹. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequẽtur De illis fructibus et alijs elemosine loquitur Chrisost. sup Math⁹. li. ix. Elemosina amica dei consistit ꝛ semper ei propinqua est pro qbuscũ q; voluerit de facile munus gratie impetrabit vincula peccatorum ipsa dissoluit. fugat tenebras. extinguit ignem huic cum multa fiducia celi aperiuntur. et veluti regina intrante nullus sanitorum. nullus custodum qui assistunt audent dicere que tu es. vel vnde venis. Sed omnes eam egregie suscipiunt. virgo est habens alas circumscriptas per omnia. venustateq; succincta. velum habens candidum. atq; mansuetum. pennata est et lenis semper ante solium regale consistit. hec Chrisost. Secũdo diuitie acquiruntur titulo iniusto. et B

Sermo lxiiij

hoc fit multis modis. Primo de rapina et de istis non est elemosina danda. sed restitutio est facienda. extra de rapto. Super eo. Et de hoc supra. xj. h. Sed de non restituentibus legitur. q̄ quidam miles cuidam vidue vaccam vnam rapuit. Que cum fleret et instanter fleret et peteret vt sibi eam restitueret. Respondit ille. et si ego illam non reciperem alius sequens me reciperet et vaccam retinuit ꝛ recessit. post obitum vero eius punitus est a diuersis demonibus quorum vnus inter alios puniuit eum incessanter. Cui damnatus. cur me inquit tam assidue persequeris atq; punis? Respondit. Si ego hoc non facerem et hoc alter faceret. hec sunt verba que protulisti dum vaccam a paupere vidua rapuisti. Secundo per vsuram et qui sic diuitias acquirunt non possunt elemosinas facere. Extra de vsu. Quia in omnibus. Tertio per iniquam extorsionem. sicut faciunt domini tyranni qui impij sunt in suos subditos et sine iusta causa extorquent bona ipsorum inde non faciunt nec facere possunt elemosinam. Sed tenētur fm Raymundū. ad restitutionez. Deinde vide supra sermone. lvj. S. Quarto per simoniam. vt si quis clericus venderet sacra. ꝛc. de simonia vide supra sermone. lxj. S. Quinto per furtum quod fit pro quacunq; re parua. xiiij. q. vj. ca. vltimo vbi dicitur per hiere. Furtum non solum in maioribus sed etiam in minoribus iudicatur. Nō em̄ quod furto oblatum est sed mens furentis attenditur. ideo tam in maiori q̄ in minori tenet quis restituere. Ex illo patet q̄ si decez ex vna auca comedissent tenetur quilibet ad restitutionem illius partis que ipsum contingebat si vult indulgentiam consequi peccatorum. Similiter de his qui gramina de pratis aliorum metent. vel qui cum pecoribus suis damna p̄ximis in segetibus inferunt. vel qui fructus arborum aut agrorum aut rapas aut castaneas et sic de alijs. subtrabunt. qō tamen necessarium estimauerunt. et omnes tales non sunt absoluendi. nisi damna resartient. et lesis satisfacient competenter. Quia dicitur. xxiij. q. vlti. Inferens damna proximo non est absoluend? nisi damnum fm arbitrium lesa restitutio. Refert enim Cesarius in dialogo q̄ rustico cuidā morituro diabolus assistens palum ignitum ori eius immittere minabatur. ille culpam non ignorans quocunq; se vertebat diabolum p̄sentem habebat. palum siquidem vicino cuidā subtraxerat de agro suo vt proprium augmentaret. Cogente autem eum illa necessitate amicos suos misit ablatum restituere promisit. et veniam postulauit. Quibus ille respondit. nō ignosco sinite eum torqueri. Iterum terretur a diabolo vt prius mittit sibi nuncios veniam postulando vt eam consequeretur. Tertio cuz lacrimis venientibus et dicentibus q̄ miser non potest viuere nec mori ei liceret. Respondit. Jam bene vindicatus sum. Modo remittam ab illa hora omnis terror diaboli recessit. O si ille pro vno palo ablato tantum territus fuit a diabolo et punitus. Quid tunc de illis fiet qui totis destructis sepib? proximorum de ortis aufferunt poma. pira. fructusq; eorum Et certe audeo dicere confidenter. q̄ omnes fructus illi quos furtiue aut cum violentia auferunt ab alienis aut vicinis. igniti tradentur eis a demonibus in inferno. sicut laico predicto obtulerunt palum ignitum. quia per que quis peccat. per hec et torquetur. Prouerbi. xj. Et sicut illi per fructus ablatos peccauerunt. iustum est vt per eos punientur. Sexto acquiruntur diuitie in iusto titulo quando inuenta non restituuntur. de omnibus illis reb? vt raptis. furtis. et sic de alijs. non est elemosina facienda. attamen si huiusmodi res pauperibus ablate integre restituantur eisdem. ꝛ humiliter petatur remissio iniuriarum emendam condignam nihilominus offerendo. Qō cum ratio sit non dubito quin illi pauperes letāter fiunt amici restituentis. et meretur restituens non quidem ex restitutione rei non sue Sed ex humilitate et beniuolentia penitentis. et iste est vnus modus quo mediante debemus nobis facere amicos de mām̄ona iniquitatis. Alius modus est cum ignoratur cui sit restituendum. tunc de consilio ecclesie puto episcopo maioribus vel etiam cōfessoris. de minoribus rebus talia ablata sunt pauperibus eroganda. vt. xij. q. ij. Concesso. Extra de rapto. c. p̄mo. Si autem est certum et persona cui debet fieri restitutio scitur tunc confessor non potest dare dilationem nec potest remittere in toto vel in parte. sed debet debitor petere a spoliato dilationem. et si ille remittit in toto vel in parte liberatur ille in foro cōscientie. vt extra de solu. c. Odardus. Tertius modus cum aliquis contra prohibitionem ecclesie vl̄ de actu illicito lucratur aliquid. vt puto laborando diebus festiuis. vel de meretricio. vel de similibus de quibus non tenetur ad restitutionem. de talibus facienda sunt medicamēta vnde facta sunt vulnera. quod fit dando de eis elemosinam pauperibus. Quia dicit Augustinus. xiiij. questione q̄nta. Non sane. q̄ meretrix potest facere elemosinam. sed non super altare.

Deutro.xxiij. Non offers mercedem prostibuli his tribus modis de mammona iniquitatis.id est de bonis inique acquisitis.pauperes possunt acquiri amici.iuxta preceptum dicentis.Facite vobis amicos de mãmona ꝛc̃. Secundo diuitie dicunt iniquitatis.id est inequalitatis.quia inequaliter possidentur. Nam vnus possidet cum honore alter cum dedecore vnus cum bona alter cum lesa conscientia.vn⁹ vt pauperum adiutor alter vt eorum depressor vnus cum timore dei possidet. alius cum iactantia et tumore. Tertio dicuntur iniquitatis quia inequaliter acquiruntur vel expenduntur.alij enim expendunt cum meretricibus Sicut ille Lu.xv.Alij cũ lusoribus bistriõib⁹ cõmessationibus ebrietatibus. et sic de alijs. de quibus dicit Jsidorus.li.iij.de summo bo. ca lxiij.Grauiter in deum delinquunt qui diuitias sibi a deo concessas.non in rebus salutaribus.sed in rebus prauis delinquuntur et vtuntur vt inde magis augeant delicta vnde ea redimere debuerunt.

Dominica decima post trinitatis.Sermo primus.

VIdens iesus ciuitatem fleuit super illam dicẽs si cognouisses et tu.glo.fleres.Luce.xix.Constantinus in libro de naturis liquidorum dicit q qui multum pollet humiditate cerebri magis citius alijs lacrimatur.Sed hec lacrima interdum accidentaliter in aliquibus hominibus impeditur licet cerebrum humidum habeant.ꝛ hoc probat Fontin⁹ in descriptione vniuersi de interficiendis.Cum inquit. Quis ad mortem compellendus ducitur lacrimam emittere minime potest? Et ratio est. Nam timore quidem valido totum humidum capitis ad cordis transmittitur regionem. quo transmisso tales non possunt flere.Moraliter per illos qui pollent cerebri humiditate possunt homines deuoti et compassiui merito intelligi qꝛ tales magis videntur in lacrimis tam pro peccatis proprijs q̃ etiam alienis humidare.quorum vn⁹ fuit Hiere.ix.Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Alius fuit Job.c.xxx.Flebam inquit super eo quondam qui afflictus erat.illo etiam mõ Dauid in humiditate deuotionis abundauit cum mortem filij sui Absolonis deplanxit.ij.Reg̃. xviij.dicens.Fili mi Absolon quis det mihi vt moriar pro te? Plangebat enim vt dicit Glo. mortem eius spiritualez quia mortuus erat in peccato mortali actualiter persequendo patrem.Et ponitur hoc sex vicibus Absolon filii propter sex conditiones penaruz que sunt in gehenna.videlicet pena sensus.pena damni stridor dentium et fletus. Et exteriores tenebre.et duratio sine fine.Sed per illos qui ducuntur ad mortem. intelliguntur peccatores mortales qui quotidie ducuntur ad mortem eternam.quemadmodũ bos ad victimam.ꝛ tales minime flent pro peccatis suis.sed letãtur cum malefecerint et exultent in rebus pessimis Prouerbiorum.ij.Et licet de fletu talium inẽdum legitur vt de fletu Esau.ad Hebreos.xij. Non inquit inuenit penitentie locum quãuis cum lacrimis inquisisset eam non tamen fleuit pro peccato. quia dicit Glo. q lacrime Esau non procedebant ex dolore culpe cõmisse.sed solum propter damnum tempore.eo q primo genita vendidisset.Gene.xxvij.Ita ad propositum christus qui abundauit in humiditate cõpassionis fleuit vberrime super inhabitatores hierusalem ciuitatis.Et econuerso ipsi inhabitatores minime flebant.quia ad mortem ppetuam ducebãtur et non solum perpetuam.sed etiam tempaneam qua occidendi erant a romanis.Ideo dicit euangelium. videns Jesus ciuitatem fleuit super illam.in quo duo tanguntur.p̃mo dominice passionis lacrimã ibi.videns Jesus ciuitatẽ.secundo iudaice destructionis perditionem ibi.et quidez.Circa p̃mum notãdum.xp̃s saluator noster nunq̃ legitur hic in terris risisse.sed multis vicib⁹ inuenit fleuisse Et p̃mo in suo generatione.et hoc ꝓpter triavt dicit Hol.super illud Sap̃.vij.Et p̃mamvocem similem oibus plorans emisit.lec.lxxxix. Primo vt se verum hominẽ oñderet. vt qꝛ verus deus et homo sciuit hereses surgere q̃ euz non vez corpus sed fantasticum dicerent assumpsisse. quoz heresim volens damnare ad instar veri hominis dignatus est flere. Et contra hunc errorem dicit magister li.iij.sententẽ. di.ij.c.iij.Uerissime et absqz omni ambiguitate dicitur q exquo hominem assumpsit et totũ assumpsit simul q vniuit animam et carnẽ nec caro prius fuit concepta et postmodum assumpta et in assumptione concepta. Et beatus Efrem in quodam sermone de transfiguratione.probat christum verum deum et verum hominem dicẽs.Si non erat deus.Gabriel quez dum vocet.et si non erat homo.Maria quem in ventre gestabat.Si nõ erat deus. magi quẽ adorabant. Si non erat homo. Johannes quem baptizabat. Si non erat deus.

Sermo lxv

peccata quis relaxabat. Si non erat hō in deserto quis ieiunabat aut esuriebat. Si nō erat deus mare et venti cui obediebant. Si nō erat homo in naui quis dormiebat. Si non erat deus mortuos quis suscitabat. Si non erat homo cibos quis faciebat. Si non erat deus regnum celorum quis latroni donabat. Si non erat homo in cruce quis pendebat et flebat. Secūdo ideo in sua natiuitate flebat vt lacrimas magis autenticas redderet. et p̄ncipaliter penitentibus cum ipse qui nihil malefecit flere voluit. Ideo dicit super Cant. Lacrime penitentie vinū sunt angelor̄ et in ipsis est odor vite. sapor gratie. gustus indulgentie. et suauitas innocētie. Tertio vt in se credituros in suum amorez accēderet. quia iste lacrime fuerunt signuz sue cōpassionis quā habuit super miseriam generis humani. Moraliter h̄ docemur exquo omnis x̄pi actio nostra ē instructio vt dicit Aug⁹. sup Iohem. quia x̄pus defleuit nostram miseriā in sua natiuitate. q̄ etiam nos eam defleam⁹. q̄z homo natus de muliere bre ui viuens tempe repletur multis miserijs Job xiiij. Et que sunt ille miserie ostēdit Innocē. ō vi. hu. condi. Hic inquit sollicitudo molestat. victus exterret. tremor cōcutit. dolor affligit conturbat tristicia et seruus diues et dñs coniugatus et continens. Deinde bonus et malus omnes nāq̄ mūdanis cruciatibus affligūtur. Secundo fleuit dñs in Lazari suscitatiōe Joh xj. vbi dr. Et lacrimatus est Jesus. et h̄ fletus fuit amoris. q̄z Lazar̄ dilexit qui mortu⁹ fuit In hoc fletu x̄pi docemur vt mortē anime defleamus. quia dicit Jnno. vbi. s. c. xxv. Sciat se culpabiliter durum et dure culpabilē q̄ corporalem amici sui mortē deplorat. et spūalem anime sue mortē non deflet. Et nota q̄ aīa nostra recte Lazaro mortuo compatur. Primo quia Lazarus languit. Joh. xj. Erat quidā lāguens Lazarus a betania. et anima nr̄a nunq̄ moritur quin langueat per tepiditatē. ppter defectum em̄ feruoris caritatis. Sic fit pigricia et accidiosa ad bñfaciendum. Jō dr Apoc. iij. Quia tepidus es. i. ocioſus incipiaz te euomere ex ore meo. i. a me te ejcere sicut quoddā abominabile. Secundo quia sicut Lazarus post languorez mortuus fuit. ita anima post lāguorem tepiditatis incidit in mortem iniquitatis. Juxta illud Jaco. j. Concupiscentia cum conceperit. id est inuoluerit parit peccatum. id est inducit ad consensum perfectum. peccatū aūt cum consumatum fuerit scilicet in opere. generat mortem scilicet spiritualem anime. Tertio sicut Lazarus mortuus fuit et sepultus. sic anima sepelitur cum se nimium terrenis cupiditatibus implicat. Quarto sicut Lazaro fuit lapis suppositus. ita anime mortue in peccatis supponit diabolus lapidem obstinationis dicens. vt dicit Augustinus in libro de cōflic. viciorum et virtutum. xiiij. Que et quanta O peccator cōmisisti q̄ grauia crimina q̄ innumerosa delicta et pene in melius nec dum vitam mutasti nec dum conuersationem vtiliter correxisti. ecce enim vt cernis mala semp consuetudine alligatus teneris conaris exurgere sed peccatorum oneribus pregrauatus relaberis. quid ergo agendum est qm̄ de preteritis certa damnatio imminet. et de presentib⁹ emē datio nulla succurrit nisi vt admittantur rerū temporalium voluntates dum consequi neque unt futuri seculi oblationes. Ecce qualiter diabolus supponit anime mortue in peccatis lapidem obstinationis et desperationis. et sic fetet quadriduanus. quia peccauit cogitatione consensu opere et consuetudine. Idcirco debz ad consuetudinez Jesu qui interpretatur saluator ipse peccator facere. qui vult animam suam saluam facere a peccatis suis. Sz q̄d fecit Jesus dicit q̄ fremuit tristatus fuit. fleuit. clamauit. et gratias egit. vt patet Joh. xj. Primo ergo debet peccator fremere propter peccati vilitatez vt dicit Hieremie. ij. Quā vilis facta es nimis iterans vias tuas. Ita fremuit Hugo in libro soli. de arra anime contra vilitatem culpe. Tā vilis et tam turpis facta es q̄ sponsi huius amplexibus digna non es amplius. meretrix facta es. et pre nimijs fornicationibus tuis laxata sunt vbera tua. gene tue macide languentes et stupentes oculi tui labia palloze obducta. exiccata cutis. virtus infecta. et ipsis quoq̄ amatoribus tuis odiosa. Secundo debet se conturbare propter pene acerbitatem. quia acerbas penas anima sustinebit que se hic pro peccato turbare voluit. De his penis loquit Bernardus in sermone in spirituali negociatione. O gehennalis regio gehenna fugienda. et horrenda terra miserie et tenebrarum locus letifer terra obliuionis. vbi est ignis ardens. frigus vrgens. vermis immortalis. fetor intollerabilis. mallei percutientes. tenebre palpabiles. confusio peccatorum. innodatio vinculorum. horribiles facies demonum. Tertio debet flere propter damni multiplicitatē. multiplex enim damnum infert peccatum anime. propter quod merito deberet flere. Quia dicit Petrus Dāmianus. Lacrimarum quippe nitor animam ab omni labe purgat et purificat. et ad ferendum virtutum gramina misericorditer aruū fecundat. Sed sunt nōnulli q̄ faciunt deflere damna temporis non peccati.

de quibus dicitur de pe.di.j.§.iterum opponi tur.in fine.Sciat se culpabiliter durum qui de flet damna temporis vel mortem amici et dolo rem peccati non ostendit in lacrimis.Nō itaq; est vt quis se excuset fontem habere lacrimaꝝ qui ostendit nūquā lacrimis dolorez amore tē poralium.Quarto debemus clamare ppt̄ au ditorum pietatez.Quia dicit pſ̄.Clamabit ad me et ego exaudiam eum.Et iſte clamor debet p̄mo et p̄ncipaliter coram cōfessore fieri vt hō culpabilem se reddat et peccata fortis mortua p̄ducat.ne diabolus coram summo iudice cla mando eum accuset.Ideo dicit Origenes sup Leuit̄.Pronuncians p̄ctm̄ peccati remissionē meretur.p̄uentus em̄ diabolus et accusator vl tra nos accusare non poterit.Et si ipsi nr̄i ac satores sumus nobis,pficit ad salutem.Si vo expectamus vt a diabolo accusemur.accusa tio illa accedit nobis ad penam habebit nos so cios gehenne quos conuicit socios criminum habuisse.hec Orige.Quinto gratias deo debz agere,ppter gratie remissibilitatē.Nam culpa remittitur cum hō pure confitetur.Et hec re missio p̄ncipaliter,p̄cedit a deo,ppter quā sibi gratias reddere debemus.quia dicit bea.Augu.contra Julianū.et habetur de conse.di.iij.c.Nemo tollit peccata nisi solus deus qui ē agnus tollens peccata mūdi.Tollit aūt dimit tendo que facta sunt.et adiuuat ne fiant.iuxta illud Apostoli.Gratias agite hec est em̄ volū tas dei in xp̄o Jesu in omnibus vobis.p̄ima Thessa.v.Tertio fleuit dominus super ciuita tem hierusalem vt in euangelio hodierno.Et hic fuit fletus compassionis.Quia futuraz iu deorum miseriam deflebat.in quo docemur vt miseris cōpatiamur.vt patet de elephantibus sermone.xij.E.Est em̄ notandum q̄ compati M debem⁹ q̄ntuplicibus.Et p̄mo captiuis eos liberando.Exēplum illius dedit nobis p̄imo Abraham.de quo Gene.xiiij.Qui cum audis set captum Loth fratrem suū numerauit expe ditos vernaculos trecentos.xviij.et persecu tos est inimicos et irruit super eos nocte et p cussit et reduxit Loth.et substantiam ei⁹.Se cundo exēplum dedit nobis Thobias qui om nia que habere poterat captiuis impartiebat. Thob.j.Secundo compati debemus tribula tis eos consolando.quia legitur Gen̄.xxxvij. q̄ Ruben compatiebatur Joseph qui miss⁹ fu it a fratribus in cisternā ad quam cum venisset et eum non inuenisset cōpatiendo dixit.puer ñ comparet et quo ego ibo.et scidit vestimenta sua.Tertio compati debemus p̄ctōribus vt re surgant adiuuando.et sic legitur.j.Regū.xv. q̄ Samuel compassus est Saul cum mandatū domini p̄terisset.vbi dicitur.contristatus ē sa muel cum audisset v̄bum dñi dicens.Penitet me q̄ cōstitui Saul regem.quia dereliquit me et v̄ba mea opere non impleuit.Quarto cōpa ti debemus infirmis eis ministrando exemplo samaritani qui vulneratū et semiuiuū relictum assumpsit in iumentū suum et duxit eum in do mum suam et curam eius gerit.Lu.x.Quinto compati debemus paupibus eis necessaria e rogando.et est cōpassio in tribus.vt dicit Hu go de claustro anime.li.ij.Vera inquit com passio fit corde ore et ope.Corde quando quis sup miseriā paupis compūgitur.Ore vt cū q̄s eum benigne cōsoletur.Opere q̄n pauperi mi seretur et tribuit et cōmodat nec retributionē sperat.sz solo pietatis affectu trahit̄ ad mun⁹ Quarto fleuit x̄ps post cenam in monte oliue ti quādo orando ad patrem sanguinē sudauit. Lu.xxiij.vt dubium q̄n etiam largas lacrimas emisit.et hic fuit fletus naturalis timoris.in isto fletu nos docet vt nunc terrorē et horrorē inferni timendi defleamus.iuxta illud Jaco .iij.Miseri estote.i.statum miserie assumite re currendo nūc ad deum.Et lugete.risus vester in luctum cōuertetur.et gaudiū in merorē.Sz ibi hoc fiat certo in inferno.ō quo dicit Ansel. Ibi miserie et tenebre.ibi nullus ordo.omnis qui in eo est odit se et omnes alios.Ibi flet⁹ et stridor dentium.ibi transitus a frigore modo ad calorem nimiū aut maximū advtrunq; itol lerabile.Ibi omnes comburētur et vermibus consumentur.nec tamē consumētur.quia ver mis eoꝝ non morietur.nec ignis eoꝝ extingue tur.Quinto x̄ps fleuit in cruce quādo animaz suam sanctissimā patri comendauit.de quo ad Hebre.v.Cum clamore valido et lacrimis ora uit et exauditus est,p̄ sua reuerētia.et hic fuit fletus decoris.in quo fletu x̄pi docemur vt di lationem celestis gaudij defleamus.sicut fecit Dauid qui ait.pſ̄.cxix.Heu mihi quia incola tus meus,plongatus est.Quare autem debe mus flere et suspirare,p̄ celesti patria.Ratio ē quia expectat nos tota trinitas cum angelis t oibus sanctis.Sicut confirmat bea.Bern̄.in li.meditationū.c.vij.Curramus non passibus curtis.sed affectibus et desiderijs supnis.q̄ non solum angeli.sed et angeloꝝ dominus et creator nos expectat.Expectat nos deus p̄ tanq̄ filios vt nos heredes instituat sup oīa bona sua.Expectat nos dei fili⁹ tanq̄ fratres et coheredes vt fructum sue natiuitatis et p̄ci um sui sanguinis deo patri p̄o nobis offerat. Expectat nos spūssanctus qui est bonitas et benignitas in quo ab eterno p̄destinati sumus nec dubium quando p̄destinationem suam ab

eterno adimplere velit. ergo omnis curia nos expectat et desiderat. hec ille. Sed heu multi sunt homines in hoc mundo qui raro vel nūq̄ pro celesti gloria desiderant vel suspirant. sed hic gaudia sua habere desiderant. et vellent si possent hic in vanis leticijs semper viuere et deo regnum suum vbi sunt gaudia inexplicabilia sine fine semper dimittere. Sed non sic impij nou sic erit. Sed quando minime putatis tunc mors vos inde recipiet. Ideo dicit Bernardus in medita. Dic mihi vbi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum erant. ex eis nihil remansit nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sunt quid fuerunt. homines fuerunt sicut et tu. comederunt. biberunt. et riserunt. duxerunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descenderūt Illic corpus eorum vermibus. illic anima eorum ignibus cruciantur. Et subdit post pauca. Quid profuit illis inanis gloria. breuis leticia. mundi potentia. carnis voluptas. false diuitie. magna familia. magna concupiscentia. vbi risus. vbi iocus. vbi iactantia. vbi arrogantia de tanta leticia tristicia post tantam voluptatem. tanta miseria. de illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam. in grandem ruinam. in magna tormenta. hec Bernardus. Ideo si modo cognoscerent illa ipsi mundani non gauderēt. sed potius flerent. Sic dicit hic dominus. Si cognouisses et tu scilicet fleres. Quantum ad secundum tangit iudaice destructionis perditionem. cum dicit. Et quidam in hac die tua que ad pacem tibi. Ubi nota dies iudeorum et malorum christianorū est triplex mundialis prosperitatis. corporalis voluptatis. et culpabilis vanitatis. de quibus dicit dominus Hieremie. xvij. Dies hominis non desiderau. Dies hominis est in quo homo non dei voluntatem nec suam necessitatem. Sed peruersam exequitur vanitatem ac periculosam prosperitatem. vt diebus dominicis et festiuis qui heu iam non sunt festa dei. sed peruersorū hominum. Requiescunt enim ab opere corporali et licito. et laborant criminali illicito. sicut in gula auaritia luxuria et corea. et ceteris ludis secularibus. diabolo fideliter seruiunt. Idcirco diabolus vellet q̄ talia festa semper essent. propter quod dicitur Trenorum. Uiderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Sic fecerunt iudei in die mala sue mundialis prosperitatis. de qua dominus dicit. Et quidē in hac die tua que ad pacem tibi. Quia tunc iudei habuerunt pacem temporalem que sepius causat vanitatem propter que multa mala eis euenerunt. Sic̄ predixit eis christus. Uenient dies in te et circumdabūt te inimici tui scilicet Thitus et Uespasianus vallo. Quia dicit historia. q̄ Thitus et Uespasianus romani principes hierusalem obsiderunt. et circa eam fecerunt tres aggeres. super aggeres fecerunt vallum. id est chatenaturam. de vallis id est de pilis. Capientes autez eam destruxerūt et impletum est illud verbum Isaie. xxix. Circumdabo quasi speram in circūitu tuo et iaciam contra te aggerem. et munimenta ponam in obsidionez tuam. Et infra. Et erit quasi puluis tenuis multitudo vallantium te. Et nota non solum ciuitatem destruxerunt scilicet muros turres et loca munitoria. Sed etiam populum occiderunt. Nam dicit Egesippus vicinus illorum temporum. li. v. q̄ decies centum milia interfecti sunt a principio obsidionis vsq̄ ad finem. et in captiuitatē nonagintaseptē milia. et triginta iudeos vno nummismate venditerunt. Josephus etiam dicit de iudaico bello qui fuit tempore obsidionis hierusalem vt ductus a romanis romamq̄ in nocte. et in die q̄n genti in fuga comprehensi tamdiu crucifigebā tur quousq̄ deficerent corporibus cruces et cruciatibus loca. Scribitur etiam in cronicis q̄ aliqui auari aurum et gemmas glutiebant que insidiatores omnia scrutabātur. Quidam enim assirius duorum milium hominum viscera scrutatus vt thesaurum inueniret. Sed quereret aliquis vnde tot mala venerunt? Ad hoc dicitur q̄ Thitus et Uespasianus venientes in terram sanctam latitabant vsq̄ in diem pasce quousq̄ omnes nobiles et diuites terre venissent in hierusalem causa orandi. et tunc subito in eos irruerunt et vallauerunt hierusalem et eos occiderunt aliquos vendiderunt vt impleretur illud Isaie. xxviij. In fine venderis in inimicis tuis et seruos et ancillas uon erit qui emat. Refert etiam Josephus. q̄ Maria q̄daz locuples femina cum alijs transiordanem venit hierusalem vt ibi merorem euaderet spoliatis diuitijs vnum tantum paruulum habebat. que dixit. quid vis vt faciam tibi paruule cui te morsura tradam sperabam. Si adoleuisses me pasceres matrem aut defunctam sepelires. Sed quid faciam misera viuendi mihi et tibi nullum patet refugium vbi te reseruabo aut vbi te condam sepulcro ne sis preda canibus aut feris. O suauia viscera prius q̄ penitus vos consumat famis reddite matri quod ex ea recepistis. Quod enim non habet patientiam amoris necessitas persuadet doloris. auerso autem vultu gladiū immersit in puerū et partem comedit in sequentibus alijs ex odore carnis eam interficere volentibus. dedit eis

residuam partem. Sed Petrus mandu. in sco lastica historia dicit. q̄ fideles qui erant in hierusalem seu in iudea aduenientibus romanis monitione angeli in quandam ciuitatem transiordanem se transtulerunt sicq̄ euaserũt Multi etiam iudei tempore persecutionis in spelun cis et in siluis latuerunt. Qui recedentibus romanis redierunt et loca sancta venerari ceperunt. et ciuitatem reedificare volunt. Sed audientes romani miserunt heliam et Adrianus qui ciuitatem funditus euertit ita vt lapis super lapidem non remansit vt verificaretur illud christi quod dixit. Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Juxta tamen locum illum quandam ciuitatũculam eis edificauit. et suo nomine heliam vocauit. et hoc nomẽ postea diu obseruabat. Sed diceret quis exquo iu
p dei propter passionem christi tantum persecuti sunt q̄ quasi omnes sunt deleti. quare nũc eos ecclesia sustinet. Respondetur q̄ propter quinq̄ causas quarum quatuor tanguntur in his metris. Lex. patres. extrema. fides. mẽoratio christi. Quatuor ex causis iudeis parcitur hec sunt. Prima causa. quia sunt fidei nostre confirmatio. quia habent se iuxta libros veteris testamenti ex quibus testimonium proferimus de natiuitate christi et eius passione. De primo Jsaie. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium. De secundo Hieremie. xj. Quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et Jsaie. liij Vere languores nostros ipe portauit et nos reputauimus eum quasi leprosus et percussum a deo et humiliatum. ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras et attritus est propter scelera nostra. et hec est causa. cum dicitur Lex. Secunda est propter
2 bonorem patriarcharum et prophetarum ex quibus populus ille processit. et hec tangitur ibi. Patres. Tertia causa est vt sit nobis memoriale dominice passionis. quotiens enim iudeos videmus totiens passionis christi memores erimus. Jdeo dicit pſ. Ne occides eos ne quando obliuiscuntur populi mei. Et tangitur ibi cum dicitur. Memoratio christi. Quarta.
4 quia oēs iudei in fine mundi conuertentur ad christum. Juxta illud pſ. Conuertentur ad vesperam. et sic fiet vnum ouile et vnus pastor. Johannis. x. Jdeo dixit dominus Hieremie. xxxj. In diebus illis saluabitur iuda. et hec tangitur ibi. Extrema fides. Quinta propter reuerentiam christi et apostolorum qui ex illorũ patribus scõm carnem processerunt.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Videns ihesus ciuitatem fleuit super illam ꝛc. vt supra scribitur. Cõmentator de somno et vigilia dicit. naturaliter enim citius obdormimus in caloze q̄ in frigoze existentes. Cuius ratio est. quia caloz dilatat. frigus autem constringit. Sicq̄ caloz dilatat duas venas q̄ procedunt de corde ad caput. vt sic per istas venas fumi de cibo stomachi liberius ad caput ascendant a frigoze repercutiuntur et ingrossantur. illi fumi sicq̄ ingrossati redeunt iterato deorsum et obstruunt vias et meatus per quos habẽt dirigi spiritus et caloz ad organa sensuum exteriorum spirituum. in organo fit impotentia sentiendi et causa somni. Moraliter per calorem in presenti potest intelligi prosperitas aut mundana felicitas. sed per frigus aduersitas. Sic̃ ergo in caloze homines citius obdormiunt qui in frigoze excitantur. Sic in prosperitate et mundana felicitate homies obdormiunt in peccatis. qui euigilant econuerso tempore aduersitatis. et diuine correctionis. Sicut de hoc dicit deuotus Amandus in hora. Sapien. li. p̄mo. capi. xiij. O q̄ innumeri somno peccatorum profundissimo obdormirent et morte spirituali perirẽt quos infelix obsorbuerat iniq̄tas qui aduenient gratia diuine correctionis velud de somno graui ac mortis imperio suscitati vel excitati vitam. in melius cõmutauerunt et opera tenebrarum abijcientes arma lucis sunt induti. et hoc figuratum est de Manasse rege hierusalem qui adeo in peccatis dormiuit tempore mundane felicitatis vt multa mala perpararet. Nam idola adorauit. plateas hierusalem sanguine prophetarum purpurauit. iiij. Regum. xxj. Sed cum esset in vinculis regis babilonie a summo peccati euigilauit et penituit cum dixit. Peccaui super numerum arene maris et non sum dignꝰ altitudinem celi videre. vt patet. ij. Paralipp̄. xxxiij. Sed iudei obstinati in prosperitate quidam in peccatis obdormierunt. Sed in aduersitate vigilare noluerunt. Nam in his quadraginta annis antequã romani venerunt multa mira et aduersa visa sunt. Nam vt dicit Josephus. q̄ stella prefulgida gladio per omnia similis visa est per totum annum ardere flãmis super ciuitatem. Jn quodam etiam festo penthecostem cum sacerdotes templum ad misteria ingressi sunt. strepitus et voces audierunt

dicentiū. Transeamus ab his sedibus. nec tñ
bis prodigijs penituerunt et dominus hoc p̄=
uidens et mala que eis superuenirent sciēs fle
uit super eos sicut dicunt verba euangelij alle
gata. Uidens Jesus ciuitatem. ꝛc. tria tangū=
tur in hoc euangelio quantum ad sensum mo=
ralem. primo diuina pietas ibi. videns Jesus
ciuitatem. secundo humana cecitas ibi. si cog
nouisses. tertio diabolica crudelitas ibi. quia
venient in. Circa p̄mum notandum. Holk. sup
R li. Sapien. lec. lxxxviij. dicit. Christus qua=
ter fleuisse legitur videlicet in infantia. in resu=
scitatione Lazari. super ciuitatem hierusalem
et in cruce. de quibus latius dictum est supra.
sermone precedenti. In infantia fleuit vt se ve=
rum hominem ostenderet. quia omnes pueri
cum nascuntur flent et incipiunt primam vocē
a fletu. Sicut dicit Innocentius de vi. huma.
conditōnis. c. vj. Exclamant e vel a quotquot
nascuntur ab eua. Si sunt masculi clamant a.
et conquerūtur de primo patre Adaz. Si sunt
femine clamant e et conquerūtur de p̄ma ma=
tre Eua. Quia propter peccatum Eue cum pe
na et dolore sunt in mundo victuri. Secundo
fleuit super Lazarum vt exhiberet ei officium
humilitatis et daret signum intime caritatis.
vt compateretur qui reuocabatur ad statū mū
dane calamitatis. Tertio fleuit super ciuitatē.
vt doctrinam quā docebat p̄ peccatoribus ex
orare confirmaret. et vt se fontem pietatis de=
monstraret. Sed nota q̄ dominus nō fleuit su=
per lapides sed super peccatores. Ideo mora
liter per ciuitatem designatur quilibet pctōr.
quia sicut dicitur quasi ciuium vnitas. et in qua
cunq̄ ciuitate est hominum discordia. habita=
tio eorum non potest dici ciuitas. Sic et quili=
bet peccator dicitur ciuitas cuius ciues prin=
cipaliter sunt quinq̄ potentie. que sunt concor
des in mala. quas enumerat Albertus in quin
to libro sue summe. que sunt potentie anime vi
delicet sensus cōmunis. imaginatio formatiua
aut fantasia estimatiua et memorativa. Nā sen
sus cōmunis indiget presentia. super qua ima
ginatur ꝛc. quousq̄ peccatum in consensu per
petratur. Sed porte huius ciuitatis sunt quin
q̄ sensus per quas inquā portas immittit pec=
cator omne peccatum malum a quo tandez oc
ciditur. vt congrue dicere possunt ipsi peccato
res illud Hiere. ix. Intrauit mors p̄ fenestras
nostras. Rex vero ciuitatis est falsitas q̄ iaz
apud oīes peccatores regnat falsitas. ex quo
veritas corruit in plateis et equitas non pōt
ingredi Isa. lix. Nam si quis caute perspexerit
apud mercatores falsa pōdera. apud taberna
tores falsas mensuras inuenire poterit. Cū ta
men dicit Sapiens. Abominatio est apud deū
pondus et pōd⁹ ꝛ statera dolosa non est bona
Prouerbi. xxxij. Sed lex illi⁹ ciuitatis est cupi
ditas. quia inter peccatores a maiore vsq̄ ad
minorez omnes auaritie studet. Hieremie vj.
Et propterea deo non adherent. quia dic̄ Gre
go. xlvij. di. c. Bonorum. Bonorum inquit au
tori inherere aliter non valemus nisi cupidita
tem a nobis que omnium malorum radix ē ab
scindamus. Sed felicitas huius ciuitatis ē tē=
poralis vita quia mallent peccatores nihil ali
ud nisi vt possent hic diutius viuere ꝛ volupta
tes suas explere, ꝓpterea et diuitias cōgregāt
vt se longius in presenti vita conseruent Sicut
ille qui dixit. Lu. xij. Anima habes multa bo=
na reposita in annos plurimos. requiesce. co=
mede. et epulare. Sed ista falsitas eorum cito
est transitoria. q̄ patet in illo diuite prelibato.
cui dictum est eadem nocte. Stulte hac nocte
rapiunt animaz tuam a te. que autē pasti cui⁹
erunt. Ideo fleuit xp̄s ſm humanitatem vide=
licet peccatorem et non fleuit protunc super ci
uitatem. Sed etiam quarto fleuit in cruce. vi=
dens quia passio sua benedicta in multis pec=
catoribus esset deperdita. Sed dicit Holk. vbi
supra. q̄ ideo in cruce fleuit q̄ acerbitatem mor
tis sue exprimeret. vt nos sibi ad compatien=
dum excitaret. et vt patrem ad miserandū hu=
mano generi prouocaret. et hoc ad p̄mū. Quā
tum ad secundum tangitur in p̄nti euangelio
humana cecitas cum dicit christus. Si cogno S
uisses et tu scilicet fleres. Nam dominus intīm
in lacrimas prorupit q̄ integra, pferre non po
tuit verba. Ubi nota q̄ si peccator cognosce=
ret hec que sequūtur peccatum merito fleret.
Et primo propter peccati difformitatem. dif=
format enim peccatum hominis imaginem in
bestiam transformando. quia dicit Aug⁹. xiiij.
li. de trinitate. c. xiij. Homo ad imaginez trini
tatis factus. Quanto plus se auertit a deo per
peccatum tanto magis imago eius difformat.
Unde Hol. super li. Sapientie. lec. cxlj. sup c.
xj. Ubi ponit q̄ deus omnipotens immisit ho
minibus insensatis et idolatris multitudinem
vrsorum aut audaces leones aut noui generis
re plenas et ignotas bestias aut vaporem ig=
neum spirantes aut odorem fumi proferentes.
aut horrendas ab oculis scintillas emittentes
per istas crudeles bestias septem notantur ge
nera peccatoꝝ capitalium que quasi crudeles
bestie nos inuadunt et difformāt. per vrsuz in=
tellige gulam. tum q̄ vrsus est animal vorax i
melle quo spēaliter delectatur. tum q̄ fetum p̄
ducit informem et turpem. q̄ tradunt naturales
q̄ vrsus massam carnis p̄it sine lineamentis ꝛ

partibus organicis inordinate distinctis. Sic gulosi et voracitati dediti in delectabilibus et dulcibus spēaliter delectātur et quicquid operis faciunt est carneum et ad carnis cōmodū ordinatur. Nā a talibus nihil parit̄ nisi carnalitas. Contra quod Apl's ad Ro. xiij. Non in comesationibus et ebrietatibus nō in cubilib⁹ et in pudicitijs. q. d. nolite talia opera exercere q̄bus efficiamini brutis sil'es. sed induemini dñm Jesum xp̄m. Item dicit carnis curam ne feceritis in desiderijs. Per leonē intelligit̄ sup bia. qꝛ ceteris animalibus diligit dñari. vnde Ambro. in exame. de opere sexti diei. Leo inq̄t sua ferocitate sup̄bus aliaruꝫ ferarū. quia rex cōsortia dedignatur. Sed neqꝫ ei vlla fera sociare se audeat cuꝫ eis vocis cantus sit terror naturaliter. vt eo rugiēte ceteri formidāt. hec est regula sup̄bi hoīs. qꝛ alij sibi verētur accedere et ipse dedignatur se alijs sociare. propt̄ quod contra signanter d̄r Ecc̄i. iiij. Noli esse sicut leo in domo tua scilicet crudelis euertens domesticos tuos et opp̄mens subditos tibi. Per bestiā ira plenam que d̄r Abene signatur ira. Que quidē abene s̄m Aris. ij. de animalib⁹ c. ij. Est animal habens fel in aure. de hoc q̄re s̄. sermōe. liij. S. Ideo cuilibet tali dici potest illud. Actuū. iiij. In felle amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. et de illis verificatur illud Deutro. xxxij. Fel draconuꝫ vinum eorum. Et iterum. Uua eoꝝ vua fellis. q. d. totum est amaꝝ eis quod audiunt vel quod ab eis ꝓuenit. Per bestiam ignitam scilicꝫ asinum designatur accidia. homo em̄ pigricie datus non potest de facili cognosci. qꝛ vult vnuꝫ non aliud. iuxta illud Prouerbi. xiij. Uult piger et non vult. q. d. s̄m glo. ordinariam. vult regnare cum dño et non vult pati pro eo. vel vult obtinere bonum honestuꝫ vtile. Sed non vult laborando hoc requisituꝫ suscipe. Jō dic̄ de pigro venerabilis Boe. li. iiij. de conso. ꝓsa iij. Segnis ac stupidus. i. stolidus et ineptus torpet. asinum viuit. Et stat li asinum aduerbi aliter. ⁊ est sensus. viuit asinuꝫ vel viuit ad modum asini. Et est ꝓprietas asini ꝙ in anteriori p̄te aduersus scapulas portat crucem. et in p̄te illa est debilis et nihil potest portare. Sꝫ in parte posteriori satis est fortis. Ideo ibi cōmuniter ponit̄ onus suum Isto mō inueniunt̄ multi nimis accidiosi et asinini quo ad ea que sunt crucis penitentie vl' religionis. Sed ad opera carnis et lasciuie secl'aris satis sunt fortes. Et de talibus verificatur ꝙ de diabolo d̄r Job. xlj. Eius fortitudo est in lumbis eius. et virtus eius in vmbilico vētris eius. Et de tali pigro datur regula Ecc̄i. xxxiij. Cibaria et virga et onus asino. panis et disciplina et opus seruo. Per bestiam autem spirātem vaporem igneū denotatur luxuria. et hec denotatur et figuratur per duos dracones qui in duobus mōtib⁹ armenie latitantes viam regiā intermediaꝫ tāta pestilentia infecerūt ꝙ nullus per eam trāsire potuit quin subito moreretur. Sicut narrat Aris. li. suo de ꝓprietatibus elementoꝝ ꝙ Socrates erarium quadam altissima fabrica in locum multū distante a montibus et per speculū factuꝫ de calibe dep̄hēdit. in quo speculo vidit manifeste illos duos dracones. vnum de vno monte. et alium de alio vaporem emittere quo aer infectus homines inter montes et per viā regiam transeuntes occidit. Et illud accidit tēpore Philippi patris Alexandri magni. sicut ibidem narrat̄. Isti duo dracones in montib⁹ habitantes et igneum vaporem spirantes duos status in ecclesia designāt. videlicet dominos seculares et p̄latos ecclesiasticos. Isti hic inde fumum fetentē et publica voluptate ⁊ carnis lasciuia sic diffundūt et simplices in via inferiori ambulantes per fetorem exēpli eorum corrumpunt. laici adulteria publica sine cōfusione cōmittunt Clerici concubinas sustentāt notorie. et per istum vaporem emissum hic in populus totus inficitur et allicitur ad peccatum. Et de hoc intelligitur Johel'. ij. Dabo. i. permittā dari ꝓdigia. i. opera monstruosa peccati. in celo. i. iu statu clericali sanguinem scilicet homicidij ignem cōcupiscētie et vaporē luxurie. et ista in ecclesia p̄mitiua fuissent ꝓdigia Sed nobis modo non apparent monstra propter ꝯsuetudinem. qꝛ ita frequenter videm⁹ talia perpetrare ꝙ nec miremur videndo p̄latuꝫ scilicet lasciuū et coniugatum adulterum. Sic nec Balaam expauit ad vocem asini quamuis monstruosum esset. qꝛ in exercendo magicā artem ad videnduꝫ monstra fuit assuetus. Sicut magister dicit in histo. super ca. Numeri. xxij. Per bestiā autez vaporē fumi ꝓferentem q̄ natura est liuidus designatur inuidia. Est em̄ ꝓp̄um inuidi occultas detractiones damnatiōes et diffamationes. quasi quendam liuidū fumū emittere. vt claritatem fame bonoꝝ denigrarent. hi similes sunt vulpibus qui naturalit̄ fetent sicut bestie inhoneste. Et per oppositu sicut naturales dicunt. Taxus bestia honesta. cum ergo taxus parit sibi caueam cuius labores considerat vulpis volens taxum expellere. fetidum fumū suum coraꝫ ingressu cauee relinquit. rediens taxus et fetorem fumi vulpis abominans domū suam cōtemnit et vulpi dimittit. et sic vulpis acquirit sibi hospicium nō laboriose sꝫ potius cautulose. Isto mō nōnūq̄

faciunt inuidi de viris bonis considerantes eos habere status vel officia dignitatum fm q̄ in terra sua req̄runt. inuident eis statum ꝛ quo modo possint eos talibus officijs spoliare recogitant. et vbi non recurrit vna via inquirũt aliam. Sciunt enim virtuosos tenaces esse de fama sua et p̄o conseruatione fame magnũ statum dimittere. quem cum infamia aliorum obsequijs occupare optant. emittunt ergo fetentem fumum sue detractionis et susurrationis contra eos. et quos non valuerunt virtute repellere cum iniuriosa inuidia sibi cedere cogũt de illo fumo inuidie quo viri nobilissimi per inuidos obfuscantur. Exponi potest illud Apoc. ix. Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis ardentis magni et obscuratus est sol et aer. Per bestiaz vero scintillas ab oculis emittentem designatur concupiscentia oculorũ. Ignis enim crescit i infinitũ ex appositione combustibilium. Sicut dicitur. ij. de anima. ꝛ P̄o uerbio. xxx. Ignis nunquam dicit sufficit. Et Aris. p̄mo politicoꝝ dicit. q̄ concupiscẽtia crescit vsq; in infinitum. cupidi scintillas ab oculis emittunt. et quicquid viderint quantuz satis habeant cõcupiscunt. Scintille ignee sunt concupiscentie affectiones et desideria plura acquirendi. Hec concupiscentia figuratur per catum qui habet oculos igneos et scintillãtes Cater grece idem est q̄ prouidet latine. ꝛ inde dicitur catos. eo q̄ videt de nocte sicut de die Nam ita venatur prudenter predam suaz in tenebris sicut in luce. Isto mõ moraliẽ prudẽtes huius seculi venantur de luce venantur de tenebris de curia clericali de curia laicali a dextris et a sinistris. iuste et iniuste. De tali quolibet verificatur illud Job. xxviij. Omne p̄ciosum videt oculus eius. Et Eccleſiastici. x. Non saciaẽ oculus visu nec auris auditu. Et Eccs. Laborare non cessat et non satiaṅ oculi eius diuitijs. Ecce quantam diffoꝛmitatem iferunt peccata mortalia vt gulosos similes vrsis. superbos leonibus. iracundos abene animali seuo. et accidiosos asino. luxuriosos draconibus. inuidos vulpibus. et auaros catis faciant. quare merito vitanda extant. Sed qz ista homo non cognoscit cum in anima sua excecatus a malicia sua existat. Ideo diffoꝛmitatem peccati feditatem vtiq; fleret. de qua quidẽ feditate dicit dominus Baruch. iij. Quid est israel q̄ in terra inimicoꝛum es et coinquinata in terra aliena. Et Hieremie. ij. Maculata es coꝛam me iniquitate. istam feditatez cognoscebat Dauid cum dixit. Iniquitatem meam ego cognosco. Ideo flebat vt ablueret se dicẽs. Lauabo per singulas noctes lectum meum. i. singula peccata. lectum meum. id est singulas cõ sciẽtias meas. Tertio si cognoscꝛet iudicij equitatem vtiq; fleret. hoc iudicium cognouit dauid qui ait p̄s. cxviij. Cognoui quia equitas iudicia tua. Sed que est illa equitas. Hec inq̄t est que bona bonis et mala malis retribuit. Juxta illud Anastasij in simbolo. Qui bona egerunt ibunt in vitam eternam. qui vero mala in ignem eternum. Cognosce ergo miser homo iudicia misericoꝛdie dei salubꝛiṫ in mõo. ne post ea cognoscas inutiliter in inferno. Quia dicit Bernardus. Cognoscetur dominus iudicia faciens qui nunc ignoꝛatur misericoꝛdiam querens. O si peccatoꝛ iudicium equum cognosceret hic vtiq; fleret ne in eternum occasionẽ flẽdi haberet. dicitur enim Apoca. xviij. Flebunt et plangent super illam scilicet culpam reges terre quia cum illa foꝛnicati sunt et in delicijs vixerunt cum videant fumum incendij eius lõge stantes p̄opter timoꝛez dicentes. Ue ve ciuitas illa magna Babilon et ciuitas illa foꝛtis. qm̃ vna hoꝛa venit iudicium tuum. Babilon interp̄tatur confusio et significat peccatorem qui est ciuitas confusionis. quia confunditur coꝛam deo et angelis eius et coꝛam omnibus sanctis et coꝛaz omnibus saluandis ꝛ tũc erit sibi ve p̄o peccatis coꝛdis. ve p̄ peccatoꝛis. ꝛ ve p̄ peccato operis. Et si hoc hic peccato cognoscꝛes sine dubio fleres. Quarto si cognoscꝛet moꝛtis calamitatem merito fleret. quia dicit Bernardus li. meditationuz. q̄ cum magno motu magnisq; doloꝛibus separatur anima. veniunt ergo angeli assumere illam vt eam perducant ante tribunal xp̄i metuendi et tunc illa memoꝛans opera sua mala et pessima que die noctuq; fecerat vel gessit contremiscit. et querit illa fugere. inducias q; petere dicens. date mihi vel vnius hoꝛe spacium. Tũc quasi loquentia simul ei sua opera dicent. Tu nos egisti. tua nos opera sumus non te deseriמus. Sed tecum erimus tecumq; pergem⁹ ad iudicium. Et dicit notanter Bernardus. q̄ angeli veniunt ad eam assumere non declarãs an sint boni vel mali. Ideo dicenduz q̄ si hõ moꝛtuus sit bonus tunc boni angeli lucis aduenient ad eius obitum perducentes animam eius ad iudicem xp̄m. Si vero est malus tunc mali angeli scilicet tenebꝛarum veniunt ꝛ perducũt animam eius ante iudicem districtissimum. de quo Bernardus loquitur vbi supꝛa. Demones terribili et hoꝛribili aspectu eam terrebunt et ingenti furoꝛe eam persequentur et comp̄hẽdent eam terribiliter volentes eam retinere et possidere nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos os clausum alioq; coꝛpoꝛis sen

Pharisseus stans hec apud se orabat de⁹ gratias ago tibi quia nō sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velud etiam hic publican⁹ ieiuno bis in sabbato decimas do omniū que possideo. Luce. vbi supra. Philologus. vj. li. animalium dicit. In cunctis mortuis corporibus pectus altius subito eleuatur. Cuius ratio est. quia in morte totus sanguis ad cordis transfluit regionem in auxilium ipsi vite quia cor est primum viuens et vltimum moriens. multa autez sanguis confluxio intumescere facit carnem siue pectus vt asserit constantinus. Moraliter hoc intelligendo dicitur q̄ omnis peccator mortalis mortuus est in anima cum deus deserit eum qui est vita. Quia dicit Augustinus in libro de vera. Innocen. Due vite sunt vna corporis. alia anime. Sicut ergo anima est vita corporis. Sic vita anime deus. et quomodo si anima deserit corpous moritur. sic anima moritur si deserat eaz deus. Sic̄ igitur in mortuis corporibus pectus altius eleuatur. Sic et cor in multis mortuis spiritualiter per superbiam et iactantiam extollitur vt de se magna dicunt alios contemnendo et nō solum contemnunt homines. sed et deum. De contemptu hominum legitur Judi. ix. q̄ Sal ex superbia despexit Abimelech quando dixit. quis est Abimelech et que est Sychem vt seruiamus ei? nunquid non est ipse filius Hieroboal vtinam inquit daret aliquis populum istum sub manu mea vt auferam de medio abi melech. Idem etiam patet de Goliad qui contempsit Dauid qui contra ipsum iniuit certamen singulare. j. Regum. xvij. Sed contemptu dei. legitur. ij. Machabe. xv. de Nicanore. qui cum pugnaret contra iudeos. dixerunt ei Deus potens est in celo qui iussit sabbatuz diem celebrare. respondit iactans et ego potens sum in terra qui iubeo summi arma. Et ratio est quare tales sic in iactantia et in superbia itumescunt. quia multus sanguis peccatorum fluxit in cor ipsorum propter quod per superbiam eleuantur. Quia dicit Hieronimus in li. de illus. viris. Quanto quis morti scilicet spirituali vicinior. tanto vana mundi huius altitudine intumescit. et hoc ad presens patet de phariseo qui in multis fuit innoxius z se tamē vltra alios extulit cum dicit. Non sum sicut ceteri hominuz. vt dicunt verba euangelij prelibata. In quibus duo facit. primo mala de se remouendo ibi. Non sum sicut ceteri hominū. secundo bona sua predicando ibi. Jeiuno bis in sabbato. Circa hoc notandum. plura tangit euangelista vicia de isto phariseo. Primū est ipsius elatio. et hoc tangit ibi. Stans. Et hoc scōm Theophilum. Elatum eius animum notat. debuisset enim genuflexisse aut alia signa deuotionis inclinando se ostendisse. Juxta illud Jsaie. xl. Vultu in terram demisso adorabunt dominum. Et beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis facienda dicit. Orantes autem quāuis intentio cordis eorum z voluntas inuisibilis notatur sic visibiliter tamen de membris corporis sui faciunt q̄ supplicantibus congruit vt cuz genua figunt. manus extendunt. solo se prosternunt. non vt indicijs animus pandatur humanus. Sed quia se hinc magis excitat ad orandum et gerendum z humilius et feruentius. hec Augustinus. Est tamen notandum. q̄ genuflexio in ecclesia non semper est necessaria. sed precipue cum nomē Jesu christi vel virginis Marie nominaf. aut corpus christi eleuatur. Juxta illud Apostoli ad Philippēses secundo. In nomine Jesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et extra de emunitate ecclesia. li. vj. capitulo Docet. dicit Grego. decim⁹. in concilio lugdunensi precipue cum agantur missaruz sacra misteria glorioſum illud nomen quando cunq; recolitur flectāt ianua cordis sui. quod vel capitis inclinatione testantur. Et dicit notanter. genua cordis et non corporis. q; sufficit inclinatio capitis reuerentialis cum deuo-

tione cordis. Et dicitur signanter superius q̄ non est necessaria in oratione genuflexio. quia dicit Augustinus ad simpli. libro secundo. Da uid sedens ante dominum orauit. Helias quo q̄ sedens orauit quando pluuiam orando impetrauit. Quibus exemplis ām onemur nō eē scriptum quomodo corpus constituatur ad orandum dum animus presens domino pergit intentionem suam. Et subdit. Nam et stantes oramus sicut publicanus. et flexis genibus. sicut in actibus apostolorum legimus. et sedentes sicut Dauid et Helias. nisi autem et iacentes oraremus non esset scriptum in pš. Lauabo per singulas noctes lectum meum. hec ille Ex hoc dicto Augustini in fine autoritatis posito soluitur querentium questio an orandū sit in lecto. Inde Cassianus libro secundo. de institutione monachorum dicit Finito psalmo nō statim ad curuationem genuum currunt apud egiptum probatissimi monachorum. Sicut faciunt nonnulli. de refectione potius lassi corporis cogitantes q̄ orationis comoda requirentes. Sed in supplicatione stantes maiorez partem temporis expendunt post humi puncto breuissimo procedentes velut tantum diuinam clementiam exorantes summa felicitate consurgunt. humi namq̄ diutius procumbentes non solum cogitationibus sed etiam somno impugnari aiunt. Ex quibus autoritabus et exemplis potest patere q̄ siue stando siue sedendo aut genua flectēdo oremus non peccamus dum humilitatem mentis seruemus. Sed iste phariseus qui ad orationem stetit humilitatem mentis non tenuit. ergo vicios⁹ fuit. Secundum peccatum ipsius ordinis est puersio. Nam ordinem in oratione peruertit. Nam primo gratias egit q̄ tamen iustus in fine facere consueuit. Nam ſm sapientem. Justus in principio est accusator sui. Prouerbiorum. xviij Quia primo accusat se coram deo mala fecisse. Sed iste se excusat. Non inquit sum sicut ceteri hominum raptores adulteri. ꝛc. Cum tamen fuit raptor spiritualis. quia gloriam q̄ solius dei est sibi rapuit. de qua dominus Isaie. xlviij. Gloriam meam alteri non dabo. Iniustus erat. quia humilitatem non habebat sine qua nullus potest esse iustus ꝛ virtuosus. quia dicit Cassianus libro collationū. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura cōsurgere nisi prius iactatum fuerit vere humilitatis fundamentum. sine qua nec purgatio peccatorum nec emendatio morum nec consummatio virtutum poterit apprehendi. Item alter erat quia contempto deo qui sponsus est anime cum mundo amicitiam fecerat cuius fauorem querebat. et de talibus dicit Apostol⁹ Jaco. c. iiij. Adulteri nescitis quia amicus huius mundi inimicus dei constituitur. Item iustus in medio debet petere q̄ deus sui misereatur dicens cum Dauid pš. l. Miserere mei deus scōm magnam misericordiam tuam. aut cum publicano. Deus propitius esto mihi peccatori. Sed vltimo cum sperat sibi a deo peccata dimissa debet gratias ei referre. Et circa hanc gratiarum actionem tria sunt notanda. vt dicit Holkot super li. Sapientie. lec. cxcv. Primo quare deo gratiarūactio est agenda. Secundo de quibus materia est sumēda. Tertio qualiter gratiarūactio est explenda. Primo ergo gratias agere est multum cōmendabilis actus. quia est bonorum operatio. perceptorum augmentatio. diuinitatis protestatio. Primo ergo deo regratiari est bonorum operatio que ad nihil aliud vacat nisi ad deū laudandum et decollatis beneficijs ei regratiandum. Et ideo illud artificium bene est addiscēdum quo nos ad perpetuum oportet viuere. Transituri ad curiam regis addiscant domi conditiones curie tempestiue. Eo modo nos cōuenit in presenti gratiarumactiones addiscere vt sciamus qualiter in patria debeamus nos habere. de qua Isaie. lj. Gaudium et leticia inueniatur in ea gratiarumactio et vox laudis. Secundo gratiarūactio deuota est bonorum a deo perceptorum augmentatio. Sic enim deū maxime prouocamus ad dandum maiora si d receptis gratias referimus. Agricula enim nimirum illam terram colit diligentius et seminat que vberius fructum reddit. et quāto ager est fecundior. tanto meliori semine seminatur. Moraliter homo est sicut ager dei. Juxta illd̄ j. Chorinth̄. iij. Dei agricultura estis. ipse vero est sicut agricula. Joh̄. xv. Pater me⁹ agricola est. Quanto ergo persona maiorem fructum per gratiarūactionem rependit. tanto ei libentius dona sua tribuit. Sicut figuratū est Gene. xliij. vbi legitur q̄ filij Jacob iussu patris descenderunt in egiptum vt emerent frumenta tempore famis portantes secum precium frumenti. Ideo Joseph precepit dispensatori domus dicens. Imple saccos eorum quanto possunt capere et pone singulorū pecuniam in sacci summitate. Spiritualiter per Joseph qui interpretatur augmentatio. siue augmentū intellige christum qui auget donum vltra precatum. Juxta illud Ambrosij. Uberior est gratia q̄ precatio. Semper enim dominus plus tribuit q̄ precatur. Ad hunc ergo si accedunt filij Jacob videlicet supplantatores vicioꝝ portantes secum precium frumenti. id est gratiaꝝ

actionem plus reportant q̃ petebant. Et ideo optimus modus amplius impetrandi est gratias agere de perceptis. Et per oppositu3 qui non agit gratias de perceptis meretur puniri et priuari iam habitis apostolo teste. ad Ro. j. De philosophis. qui cum cognouissent dominum. non sicut dominum glorificauerunt. nec gratias egerunt Sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiẽs cor cozum. Tertio gratiarumactio est quedam diuine maiestatis protestatio. In hoc enim q̃ deo de suis beneficijs regratiamur ipsum dominũ nostrum capitaneu3 ptestamur. In cuius figura adeps in spiritualibus deo soli offerri debuit Leuiti. iij. Omnis adeps domini erit iure perpetuo. vnde et christus volens de septẽ panibus facere festu3 quod non fuit opus humanum sed diuinum. gratias egit fregit ⁊ dixit discipulis suis vt apponerent turbis. Mar. viij Quarto gratiarũactio est nostre necessitatis demonstratio. Qui enim regratiatur suam indigentiã demonstrat seu protestatur. Et hec ẽ ratio moral quare decime institute sunt et deo specialiter dedicate. Est enim decem limes et perfectio numerozum et iõ dũ nobis nouẽ retinemus et deo decimu3 damus nobismetipis imperfectionem inesse fatemur. et perfectionẽ attribuimus soli deo. Eodem modo dum deo de receptis gratias agimus ptestamur q̃ nihil de nostro munere possidem⁹. Secundo materiam gratiarumactionis sumere debemus de diuinis beneficijs que sunt potissime de opere creationis. redemptionis. expectationis iustificationis. conseruationis. et premiatiõis. De opere creationis dicit Bernardus. Consi dera deum in beneficio creationis qui creauit te sine cõmodo suo. pſ. Bonozum meozũ nõ deges. Sine merito tuo quia nihil ante promeruit qui penitus non fuit. Cogita qualem te fecit fm corpus egregiam creaturam. Scõm animam magis egregiam vtpute imaginem insignem. rationis participem. beatitudinis sempiterne capacem. De opere redemptionis dicit in alio sermone. O bone Jesu q̃d tibi ⁊ mozti nos debuimus. et sic tu soluis. nos peccauimus et tu luis opus sine exemplo. gratia sine merito. caritas sine modo. Item de beneficio expectationis quo nos peccãtes expectat ad penitentiam gratiarumactionis magna materia sumi debet quotiens meruit peccatoz vt ei tempus penitẽtie non aufferatur. Constat enim q̃ quotiens mortaliter peccat totiens indign⁹ est vita. quia statim fit ingratus autozi vite. Ideo dicit Gregozius. q̃ peccatoz considerare habet quotiens in statu damnationis exiũ in periculo mortis fuit vel ab infinita intrinseca veniente. Est enim maius beneficium si q̃s adductus suspendio et fune iam applicato ad collum vel si mutilãdus membrũ extendit mutilatozi. si tunc talis ab aliquo liberetur. maximum beneficium esse scitur. quo tunc diuertisset peccatoz si tunc quando peccat liberat⁹ nõ fuisset nisi ad infernum. huius ergo liberatiõis beneficium sempiternum vendicat sibi amozẽ humanum. Cassiodozus ponit exemplum de elephante. Elephanti inquit ingeniũ hominis comparari potest. cuz enim arbozi incise se appodiauerit et arboz fracta ceciderit per se surgere nequit Sic et homo non solus surgit cui⁹ et arte iacuit. Belua suis gressib⁹ restituta memoz est beneficij. In magnum quippe beneficium recipit cõmune sibi beneficium recipisse cõgruit ad ipsius arbitrium gressus mouet. ipsi⁹ voluntate cibos capit. inuicem manus promuscidam tendit et a magistro pro futura gratia tantum accipit quia se ipsius cura viuere posse intelligit. Si bestia rationem non habẽs tantas gratias agit qui se nihil lapsum ad gressum reducit. longe agis homo gratias referre tenetur. illi qui pluries lapsus in inferni vorazginem pluries liberauit. Item de beneficio cõseruationis tam messe nature q̃ ineffe gratie gtes referende sunt. de quo Augustinus de sancta virginitate. Quare inquit peccata sic habẽda sunt tanquam dimittantur a quibus de⁹ custodit ne cõmittantur. et a quo quisq̃ ab inuito pudicus permanet ab isto regitur et quisq̃ ab impudico factus est ab illo corrigitur. Et quis quis in finem pudicus est ab isto deseritur occulto quidem iudicio sed non iniquo. Et iõo signanter dicitur. quoniam non ledebantur gratias agebant. Nam sancti viri non solum de sibi dimissis gratias agebant. Sed et de his a quibus per suum adiutozium sunt preseruati. Vltima materia gratiarumactionis est premiationis. in quo deus talia preponit electis que auris non audiuit. oculus non vidit. nec in cor hominis ascendit in presenti. Tertio qualiter gratiarumactio est complenda. debet enim habere quatuoz conditiones si debito modo fieri debeat. videlicet magnanimitate. assiduitate. pluralitate. et hilaritate. Primo ergo debet habere magnanimitatẽ ratio est. quia hõ plus accepit a deo q̃ aliqua alia creatura. et iõo decet magis magnifice gratias agere. Nam natura lucis est talis. q̃ vbi plures radij ad aliquem locum diriguntur ibi maioz est reflectio et maioz splendozis multiplicatio. vnde iuxta terram maioz est calor q̃ in medio instituto aeris propter maiozem et densiozem radiozum

solarium multiplicationem. Sic moraliter esse debet quo nam homo plures densorum beneficiorum radio recipit eo q̄ per gratiarumactōnes plures radios in deum reflectere cōuenit Secundo debet habere assiduitatē. Juxta illō j. Thessalo. ij. Gratias agite deo sine intermissione. Glo. omnib⁹ horis ad hoc aptis. Et hec ratio est quare omnes horas canonicas p deo gratias terminamus. insignum q̄ omnia opera nostra in eius gratiarumactione debent finiri. Tertio debet habere pluralitatem vt pro omnibus non solum p placentibus et prosperis Sed etiam pro aduersis. Juxta illud ad Eph̄. v. Gratias agentes deo semper pro omnibus. Aris. ij. Politicoꝝ. prope finem dicit. q̄ Plato inē leges ordinauit q̄ ciues se exercitarent p vsum et studium vt fierēt ambidextri. i. vtra q̄ manus fieret ipsis vtilis ad bellādum. Isto modo moraliter nos exercere debemus vt ambidextri fiamus vt patet. non solum tempore prosperitatis sed etiam aduersitatis contra fortunam pugnare. et deo semper regratiari sciamus. dicit tamen Auicēna. q̄ mulier vtraſ q̄ dextras habens non sicut vir quandoq̄ vtraq̄ vtitur. Ita moraliter effeminati vtranq̄ fortunam equanimiter sustinere non possunt. Sed tantum prosperitate vti sciunt. Per oppositum vero viri sancti omni fortuna bñ vtuntur ad honorem dei et ad victoriam mundi. talis fuit apostolus Paulus qui dicebat. j. Chorinthō. p̄mo. Deo gratias ago qui semper triūphat in nobis in christo Jesu. Quarto debz habere hilaritatē siue iocunditatez vt non fiat ex tristicia aut necessitate. Refert Soli. de mira. mundi. q̄ in allesa regione est fons semper q̄etus. ad cantum vero vel ad cytharam siue ad tibiam statim ad sonitum melodie intumescit. et ad aluenm suum excedit. Fons omnis bonitatis deus est. hic ad letam gratiarumactionē statim exuberat. et beneficiorum suorum aquis inundat et per oppositum subtrahit beneficia ab illo qui sibi gratiarumactiones letifice non ℌ reꝑhēdit. Tertium malum ipsius phariſei aut peccatum est ipsius socij sui contemptio. cum dixit. velut hic publicanus. vbi dicit glo. interlinearis Ex vicino publicano maioris est ipsi⁹ tumoris occasio. Superbia enim ex bonis et malis proximi sui semper facit malum suum si habet iuxta se miserum magis inflatur. si felicē liuore torquetur. Ex aduerso vero humilitas vbiq̄ lucratur. Si habet iuxta se miserum cōpatitur. si felicem magis humiliatur. Duo ergo considerare debemus vt humiliemur nec alios cōtemnam⁹. Primum est consideratio p priorum defectuum quibus sibi acet homo. Nā dicit in vitaspatrum quidam senex. quando cogitatio superbie vel vane glorie te impugnat perscrutare teipsum. Si omnia mandata dei seruasti. Si inimicos tuos diligis. Si gaudes in gloria inimici tui. Si contristaris in deiectione eiusdē. Si cognoscis te seruum inutilem. Si cognoscis te hominem peccatorem. Sic faciebat abbas Moyses qui fuit in seculo magnus peccator et postea magnus in penitentia. Cuz enim temptabatur de electione recurrebat ad seipsum peccata sua recogitando vnde facta est vox demonum ad eum vicisti nos cuz te exaltamus tu te humilias. Secundum est consideratio aliorum profectuum. Quid enim nobis restat superbiendi occasio de bonis propriis cum sint multi plures profecti in alienis. Si ergo q̄ sint opera tua bona parua in comparatione aliorum hominum consideras. nullo modo de tuis superbis. Ideo dicit Gregorius. sicut incentiuum superbie est respectus deteriorum. ita ad cautelam humilitatis est consideratio meliorum. Quartum vicium illius phariſei est virtutum iactitatio. cum dixit. Jeiuno bis in sabbato. vbi cōmendauit se a duobus. Primo de ieiuno dicens. Jeiuno bis in sabbato. id est in septimana. Ubi nota. ieiunium est duplex. corporale et spirituale. Corporale ieiunium est abstinentia a cibo et potu temporaliter statutis. Et hoc Petrus Rauaneñ. ieiunium cōmendat in sermone de ieiunio. Fratres. scimus ieiunium esse arcem dei. castrum christi. spiritussancti muruz. vexillum fidei. castitatis signum. sanctitatis tropheum. hoc Adam in paradiso seruauit. quem gula extraxit. hoc Noe in archa custodiuit quem in mundo ebrietas dimersit. per hoc Loth incendium Sodomorum euasit qui per ebrietatem incēdio postmodum incestus adustus fuit. Spirituale ieiunium scōm Augustinum super Johannem. Et ponitur de consecratione distinctione quinta. capitulo Jeiunium. vbi dicit. Jeiunium magnū et generale est abstinere ab iniquitatibus z ab illicitis voluptatibus seculi. quod perfectum est ieiunium et sine illo non valet corporale ieiunium. Quia dicit Gregorius in omelia. Ductus est Jesus. Incassuz caro atteritur si a prauis voluptatibus animus non refrenatur. Et Jsidorus de summo bono. libro secundo. capitulo vltimo. Jeunia inquit cum bonis operibus acceptibilia sunt. Qui autem a cibis abstinent et prava agunt demones imitantur. quibus esce non sunt et nequicia semper adest. tale fuit ieiunium istius phariſei. qui licet corporaliter ieiunauit non tamen a vicijs abstinuit. Ideo ieiunium suum deo non placuit. sed iacti

tauit se de datione decimarum cum dixit. Decimas do ꝛc̄. Et ad illas dandas tenentur reges et prīcipes. ꝛc̄. vt supra sermone. xlv. de remuneratione dantium decimas et peccata non dantium dictum est parte prima. vide de hoc locum in registro huius prime partis.

De eadem dominica.
Sermo tertius.

PUblicanus stās a longe nolebat oculos ad celum leuare. Sed percutiēs pectus suum dicens. deus propitius esto mihi peccatori. Luce vbi supra. Auicēna in libro suo de quatuor diluuijs dicit. In vallibus et solitudinibus profundis diluuium aque accidit vt frequenter. Cuius ratio est. nā obcōcauitatem sui valles et oppositatem suam solitudines de nubibus violenter ad se trahunt aquas in ipsas. vt dicit cōmentator. Moraliter per valles quo ad presens intellige humiles propter tria. vt habetur in libro similitudinum. Primo propter aquositatem. cum enim sit vallis depressa inter medium duorum montium collocata. ideo est aquarum receptiua. Sic humilis anima declinans aut deprimens se voluntarie inter duos montes quorū vnus est extolli de spiritualibus. alius de corporalibus. quasi media transit. et aquas gratiarum recipit. Juxta illud pſ̄. Inter medium montium pertransibunt aque scilicet gratiarū Quod etiam testatur Cassiodorus super pſ̄. In vallibus quippe humilium animarum. fontes manant et transeunt gratiarum. Secundo fructuositatem. nam propter humoris copiaz in herbis floribus et frondibus fecundantur ꝛ ornantur. Sic in humilibus abundant herbe virtutum. fructus operum. frondes salutiferorum verborum. et flores affectionum. Juxta illud pſ̄. Valles abundabunt frumento. id ē humiles vite merito. Tertio propter quietem. nā sicut edificia in vallibus constituta et arbores minus ventorum impulsionibus agitantur q̄ que in montibus collocantur Sic humiles magis sunt quieti a ventis persecutionū q̄ homines superbi. Sicut ergo dictum est q̄ in vallibus diluuium aque accidit vt frequenter. Sic in humilibus diluuium celestis gratie accidit et maioris. quia dicit Augustinus. Sicut aqua fluit ad valles. sic aqua spiritussancti fluit ad humiles. Sed quid talis aqua circa eos facit certe sordes peccatorum purgat et impios iustificat. Sicut patet in verbis allegatis de publicano qui se coram deo humiliauit. ideo iustificatus in domum suam descendit. et hec sunt verba caritati vestre proposita in quibus humilitas illius publicani a quatuor laudatur. primo ex timore offensionis ibi. A longe stans secundo pondere contritionis ibi. nolebat oculos. tertio dolore cōmissionis ibi. sed percutiens pectus suum. quarto feruore orationis. ibi. Deus propitius esto mihi pec. Circa illa est notandum. dicit Theophilus in breuilo- K quio diuersarum artium. in ascendendo altos montes totum necesse est dorsum ꝛ corpus aliqualiter inclinari. erectus enim quisquis non ascendit in altum montem. Moraliter per altum montem intellige humilitatem. Quia dicit Anselmus in libro similitudinum. Humilitas est mons magnus in cuius sublimitate lux est. Nam modica et honestarum personarū. id est sanctarum virtutum pulcerrima turba. Sz per dorsum intelligitur mens hominis. Juxta illud pſ̄. Diuertit ab oneribus dorsum eius. q̄ si diceret. a peccatis eleuauit mentem eī. Qui cunq; enim cum illo publicano in montem humilitatis magnum ascendere voluit necesse habet mentem inclinare ab alta superbie. et gradus quibus ascenditur attingere. quia nullus erectus in superbia potest ad montem humilitatis veraciter ascendere. Ponuntur ergo in verbis thematis allegati aliqui gradus. Primus gradus quo ascenditur in montem humilitatis est timor offensionis. q̄ videlicet deum peccatis suis offendit. Et iste timor est quasi radix humilitatis et quasi pes montis. Juxta illud Ecclesiastici. iiij. Timor domini expellit peccatum. Quia ergo omnis peccator stultus est. conuincitur ex eo q̄ se a bono incōmutabili auertit et ad peccati turpitudinem se conuertit. Qui ergo ad sapientiam peruenire desiderat oportet q̄ a timore dei incipiat. Cogitans ergo peccator que pro peccatis suis pena et que pro bonis meritis debetur gratia sempiterna. Incipit eum timere qui potest corpus et animam perdere in gehennam. Mathei. x. et hoc quātum ad timorem seruilem. vel etiam incipit timere ne a diuino bono separetur quātum ad filialem timorem. Exquo quidem timore nascitur humilitas. et sic timor dicitur radix humilitatis. Et iste est primus gradus per quem et iste publicanus ad humilitatem ascendit quia timuit dominum quem peccatis suis offendit. et penam quam pro peccatis suis meruit. Quia dicit Apostolus ad Romo. xiij. Cū malefeceris time. Et hunc timorez ostendit in

populo q̄ stetit et tangitur ibi .publican⁹ stās diu enim de peccato in peccatum progressus fuerat.Sed nunc dei timore correptus factus est stans non vltra progredi volens ad peccatum. Ideo de ipso exponitur illud Jone p̄mo. Stetit mare a feruore suo.Per mare intelligitur mens prava peccatoris. Juxta illud p̄s. Qui conturbas profundum maris .id est cor peccatoris in recordatione peccatorum . Et ista mens feruet in concupiscentia humana. iuxta illud Job.xliij. Feruescere faciet quasi ollā profundum maris.loquitur ſm Glosam.de diabolo qui mentes pravas per illicitas concupiscentias feruere facit. Istud mare in hoc publicano tunc stetit quando timore dei correptus.feruor peccandi in eo quieuit.Sic etiā steterunt filij israel quando destiterunt a nepharia conuersatione alienigenarum. De quibus Neo.ix.dicitur . Steterunt coram domino et confitebantur peccata sua.Circa hoc nota.q̄ iniusti hoc exemplo huius publicani debēt stare quo ad tria.Primo quo ad penitendum. qz dicit eis dominus Luce.xiij. Nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis . Secundo ad redimendum scilicet peccata.Danielis quarto Peccata tua elemosinis redime. Tertio a recidiuo cauendum.j.Chorinth̄.x.Qui stat videat ne cadat.Sed iusti vt dicit Volkot super illud Sapien.quinto.Tunc stabunt iusti.lecē. lvij.debent stare ad quatuor actus.Primo ad videndum.Nam ille qui stat potest videre remotius q̄ ille qui sedet. Hieremie.vj.State super vias videte et interrogate de semitis antiquis que sit via bona et ambulate in ea.Secūdo ad docendum.Nam preco clamaturus edictum regis ascendit in altum vt eminenti⁹ audiatur.Ideo Neo.viij.legitur. Stetit Esdras super gradum ligneum quem fecerat sibi ad loquendum.Et Actuum quinto.dicitur de apostolis.Stantes loquimini in templo omnia v̄ba vite huius.Tertio ad testificandū Marci xiij.Stabitis ante presides et reges propt̄ me Quarto ad pugnandum.Ephese.vj.Accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo et in omnibus perfecte stare. Secūdus gradus quo ascendit quis in montem humilitatis est valor cognitionis.Nam cum quis defectus suos cognoscit valere sibi hoc ad humilitatem poterit.Quia dicit Bernardus.Humilitas est virtus qua homo verissime sui cognitione sibi metipsi vilescet.Nam qui seipsum cognouit nimis vilem et indignum appropinquare deo estimat.vt dicit Theophilus.Ecce valorē cognitionis.Quanto enim quis se viliorē cognoscit.tanto se deo appropinquare indignum reputabit.et sic citius gratiam exauditionis reportabit.Et patet hoc in multis exemplis sacre scripture. Nam Luce.vij.de ista felicissima peccatrice legitur.q̄ stabat a longe quia retro secus pedes domini.recognouit enim turpitudinem sue vilitatis.ac per hoc indignaz se esti mans domino apparere ad faciem . Sed quia retro stare permansit . dominus eam respexit.quia conuersus Jesus ad mulierem dixit . fides tua saluaz te fecit vade in pace.Aliud exemplum.Luce.xv.de filio prodigo.qui cum esset a longe vidit eū pater et misericordia mot⁹ est super eum.Aliud legitur Luce. xvij. de decem viris leprosis qui de longe steterunt et misericordiam saluatoris consecuti fuerunt . Sicut adhuc contingit.hi qui stant a longe ab altaribus in ecclesijs retro in angulis citius misericordiam q̄ prope stantes consequuntur qz publicanus qui a longe stetit iustificatus i domum suam descendit. Phariseus autem qui temerarie propius accessit in peccatis suis mansit. Item timendum est de illis qui interduz cū enormibus peccatis ad sacrosancta audent temerarie accedere et stantes circa altaria cū celebrantur diuina faciem sacerdotis non verentur respicere.volentesq̄ gesta omnia dominice consecrationis considerare. quod tamen prohibetur.de vita z honestate clericor̄.li.iij capitulo. Ut laici. Supple statuimus vt laici secus altare quando sacra misteria celebrātur stare vel sedere inter clericos non presumant . Sed pars illa que candelis ab altari diuiditur tantum psallentibus clericis pateat . vt dicit Glosa.Secus altare laici stare non debent . sz tantum clerici vt liberius intendant diuinis officijs.de consecratione di.ij.Sacerdotes. Etiam mulieres incensum circa altaria ferre non debent dum aguntur diuina misteria.xxiij.di. Sacratas.Sed hoc intellige per se non debēt accedere et incensum luminum ibi ponere.possunt tamen per ministros hoc facere Sed licet hoc dicatur laicis publice de ambone q̄ altaria tempore missarum non deberent accedere. tamen de hoc nihil videntur curare quare deberent publice confundi.et ab altaribus repelli.Exemplo beati Ambrosij qui imperatorem in choro stantem i loco clericorum publice repulit dicens.Purpura te non facit sacerdotez sed principem demonstrat.Tertius grad⁹ humilitatis est pudor contritionis. Ubi nota duplex est pudor .videlicet bonus et malus.Pudor bonus deo placet quia impedit malum qz dicit Bernardus in sermone super can . Quā-

Stare a longe quomodo.

tum deo displicet impudentia peccantis. tantum placet ei pudentia penitentis. Et iste pudor est tertius gradus per quem montem humilitatis ascendimus. Ad hunc gradum publicanus iste peruenit. quia de ipso dicitur hic q̃ nolebat oculos ad celum leuare. Recognouit enim se offendisse deum celi ita vt diceret cum filio prodigo peccaui pater in celum et coram te. Et quia in celo est deus dicente pſ̃. Dominus in celo parauit sedem suam. Ideo non audebat oculos leuare in celum pre pudore peccatorum. et ex illo multum placuit deo. Quia dicit Ambrosius. libro de officijs. In ipsa nostra oratione multum verecundia placet. multum conciliat apud deum. hec prætulit publicanum et commendauit. quia nec oculos suos ad celum leuare audebat pre confusione scelerum suorum. ita vt diceret intra se. j. Esdre. ix. Domine deus confundor et erubesco leuare faciem meam ad te. quoniam iniquitates mee multiplicate sunt super caput meum. et delicta mea creuerunt vsq; ad celum. Sed pudor malus deo displicet. quia impedit bonum scilicet confiteri. orare. gratias agere. cõmuniones facere. predicationes audire. et similia. et hunc pudorem efficit diabolus. legitur enim cum a diabolo quereretur q̃d faceret apud hominẽ quẽ possiderat. Respondit verecundiaz auffero in perpetratione scelerum. Quartus gradus est dolor cõmissionis scilicet de peccatis. naz ſm Anselmum in li. similitudinum. Sed sunt nonnulli qui se peccatores cognoscunt. sed nullum inde dolorem habent nec hoc valet ad salutez necesse est enim vt dolorem habeat quisq; pro peccatis perpetratis si veniam desiderat. Et ponit similitudinem aliquam qui peccaret in dominum suum et non doleret ridiculum esset si veniam peteret de hoc. et deinde se non dolere fateretur. Sed circa hoc queritur vtr̃ dolor in penitente potest esse nimius. Ad hanc questionem respondet Holkot lecti. lviij. q̃ in penitente est considerare triplicem dolorem. Unus est essentialis penitentie. et est in voluntate ipsa videlicet displicentia de peccato pro quanto peccatum est offensa dei. et ista displicentia est voluntatis essentialiter contritio. Et quia iste dolor directe causatur in deũ ex caritate. que ſm legem datam intendi potest. ideo iste dolor non potest esse nimius. Alius est dolor non essentialis penitentie. et est in sensualitate. et est passio appetitus sensitiui. et iste dolor causatur vno modo ex redundantia doloris vel displicentie in voluntate per modum quo vires inferiores obtempãt in suis actibus viribus in superioribus. ſm q̃ dicit Aristote. iij. de anima. q̃ intellectus rapit aliquãdo appetitum sensitiuum sicut spera speram. Tertio potest accipi dolor in penitẽte pro afflictione corporali. et de istis duobus modis p̃mis. impossibile est q̃ dolor penitẽtis nimi⁹ sit ſm doctores multos. Sed de isto tertio dolore qui causatur ex afflictione corporali constat q̃ potest esse nimius. quia non licet inferre alicui sibiipsi ex intentione causa mortis. Quia dicit Apostolus ad Roma. xij. Obsecro vos p̃ misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. sanctam placentem deo sit rationabile obsequium vestrum. Sed de secũdo dolore potest esse dubium. Exquo causatur directe et naturaliter ex displicentia voluntatis. et ipsa displicentia non potest esse nimia q̃ non apparet esse talis q̃ potest esse nimius. iõ videtur dicendum. q̃ si penitens ex vehementissimo amore ad deum. tantum doleret de suo peccato. quia causaretur dolor in appetitu sensitiuo tante intensionis q̃ corrumpet armoniam corporis necessariam vitam. et sic induceret ad mortez non esset iste dolor excessiuus in genere mortis nec superflu⁹. Sed virtuosus t opus vere penitentie. hoc tamen presupposito q̃ voluntas sic penitentis non feratur directe in istam passionem causandam. Sed tantuz p̃pter displicentiã de peccato inquantum offendit deum. et sic legimus quosdaz cõmendatos de perfectione contritionis. hec Holkot. Ad hunc gradum peruenit publicanus quia in eo q̃ pectus suum percussit se dolere ostendit. In hoc enim q̃ pectus percutitur dolor cordis intus ostenditur. Sicut figuratum est. ij. Reguz vltimo. Dauid percussit cor suum postquã numeratus est populus et dixit ad dominũ. peccaui valde. in hoc facto precor domine vt trãsferas iniquitatem serui tui qui stulte egi nimis percussit ergo publicanus pectus suum q̃ dolens et indignatus contra seipsuz. Quia dicit Glo. pectus suum percutit et penas de se exigit et deus parcet. Tunsio enim pectoris vtilis est penitenti. quia valet ad remissionem venialium. ſm Augustinum in li. de penitentia. Sunt autem octo quibus venialia dimittunt. vt confessio pectoris tunsio. aque benedicte aspersio. crucis signatio. dominica oratio. sac̃ cõmunio. et iniuriarum remissio. Uersus. Cõfiteor. tũdo. aspgo. pter. oro signor. edo. dono. per que venialia pono. Q̃d autem hic dicitur confessio. intelligi debet de confessione generali quã faciunt religiosi in penitentia. et cõpletio. et quam faciunt homines diebus domi

nicis et festiuis post finem sermonis. De cõfessione autem sacramentali non dubiuz est quin per eam et mortalibus dimittantur. Item q dicitur crucis signatio. maxime intelligitur de benedictione episcopi. Item q dicitur oratio intelligit̃ p̃cipue de oraõne dominica q̃ fit in ecclesia dedicate. Item q dicitur de sacra cõmunione extenditur vniuersaliter ad omnia sacramenta noue legis in quibus confertur gratia. vt est eucharistia. extrema vnctio. ꝛc̃. Quintus et vltimus gradus quo ascendere possumus montem humilitatis est feruor orationis per quem et iste publicanus in montem humilitatis ascendit cum dicit. Deus propitius esto mihi peccatori. In hac breui oratione primo recognoscit dei potẽtiam cum dicit. deus. quasi diceret. Nemo potest peccata dimittere nisi tu deus. Quia dicit Augustinus contra Julianum et habetur de consecra. di. iiij. capi. Nemo tollit peccata nisi solus christus qui est agnus tollens peccata mundi. Et te solum deum inclinabo. te solum timeo. quia pater deus misit te. solum propiciatorem pro peccatis nr̃is. Johannis. iiij. Sed diceret aliquis. exquo christus in dominica oratione que ponitur Mat. vj. docuit nos orare. Pater noster qui es in celis sanctifi. ꝛc̃. quare iste publicanus ex institutione diuina non dixit. pater propitius esto mihi peccatori. sed deus dixit. Ad hoc dicunt doctores q in omni dicto vel facto suo ipsius publicani pretenditur ~~humilitas. etiam~~ vnde totum euangelium concluditur in humilitate. q̃re non nomen patris q dilectionis effectum importat hic expressit. Etiam publicanus reputauit se indignum vocari filium. sicut filius prodigus. qui dixit. Non sum dignus vocari filius tuus Luce. xv. Jdeo non dixit pater sed deus. quasi se totum in nihilum redigeret coram deo. Secundo eius exposcit misericordiam cũ dicit. propicius esto sc̃z Glosam. recognouit enim se iuste pati omnia mala pro peccatis suis soli misericordie dei se submisit. Et hoc importat hoc nomen propitius. q idem est q misericors et benignus. et dicitur a prope et citius. quasi diceret. propitius esto. id est prope citius esto propter misericordiam vt dimittat peccata. Sed diceres quare iste publicanus in templo propitiationez dei postulauit. Ad hoc dicitur q sciuit Salomonem dixisse. iij. Reguz viij. Si quis agnouerit plagam cordis sui et expãderit manus in domo hac. tu exaudies in celo et propiciaberis. Et. ij. Paralip. vij. Si conuersus fuerit populus meus super quo inuocatum est nomen meum deprecatusq; me fuerit et exquesierit faciem meam. propitius ero peccatis eorum. ideo ait propius esto. Tertio ostendit suam indigentiam cum ait. mihi peccatori. quasi diceret Ego me omnium peccatorum solum pessimum recognosco plus. idcirco alijs misericordia indigeo tua. ergo mihi peccatori subueni as. primo peccata condonando vt Marie magdalene cui remisisti peccata multa quoniam dilexit multum. Sed circa hoc dubitatur. quomodo iste publican⁹ petit sibi peccata condonari. cum tamen non videtur confiteri. cum tamen dicat Gregorius. xxij. moza. hec sunt humilitatis signa iniquitatem suã quẽ q̃ cognoscere et cognita nota confessionis apire. Ad quod dicitur q iste publicanus in eo q se peccatorem cognouit. et dixit omnia peccata ꝺo generaliter cõfessus fuit quod sufficiebat pro isto tempore. quia adhuc non erat generalis confessio instituta. que si necessaria fuisset. ipse fm dispositionem aĩmi dispositus fuisset. q sacerdotem adijsset. Jdeo bene potuit dicere cum p̃s. Delictum meum cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi. et hoc quo ad confessionem. et sequitur. dixi confitebor̃i delicet homini fm preparationem animi et tu remisisti impietatem peccati mei. Et est notandum q confessio est duplex. vna mentalis que fit deo. et hoc iure naturali. Et hec confessio mentalis sufficiebat ante christi incarnationez quia christus nondum erat homo. adhuc talis confessio sufficeret vbi articulus mortis cõfessionem sacramentalem non admitteret. Alia ẽ sacramentalis. et hanc quia deus factus ẽ homo vult vt fiat homini vicario christi in hoc q ministris sacramentorum dedit potestatem ligandi atq; soluendi. et sic confessionem instituit tacite cum dixit. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Joh. xx. Sed apostoli eam promulgauerunt expresse. Quia dicit apostol⁹ Jaco. cap̃. v. Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed diceres. exquo in contritione remittuntur peccata. Juxta illud Ezechielis. xviij. Quacunq; die ingemuerit peccator saluus erit Ad quid ergo ozis necessaria est confessio Ad quod dicunt doctores. Quãuis per contritionem peccata dimittuntur tamen vocalis cõfessio est iam in tempore gratie necessaria vl̃ in re quando habetur opportunitas vel in proposito quando cum articulus necessitatis excludit et non cõtemptus religionis. Jta tamen necessitas confitendi post contritionẽ non est. propter necessitatẽ remedij. cum peccatũ iam sit dimissum. sed ꝓpter obligationẽ precepti. Cõfessio eñ et satisfactio non solum necessitant in iu

dicio dei. sed etiaz in iudicio ecclesie ꝓpt̃ obligationem ꝓcepti. Secundo dicit publicanus iste subueniens mihi peccatori penã purgatorij in ꝓsentem cõmutando. sicut latroni cui dixisti. Hodie mecum eris in paradiso. Luce. xxiij. Tertio tanquã ouem perditaz ad ouile regni reportando vt Lazarus per misteriuz angelorum est ad gloziam deportatus. Ecce ꝙ salutifera oratio per quã cõsecuta est peccatorum omnium remissionem. rogemus ergo dominum vt det nobis exemplo huius publicani hic in terris humiliari vt mereamur in celestibus exaltari.

Dominica duodecima post trinitatis. Sermo primus.

Adducũt ei surdum et mutũ et deꝓcabantur vt ei manũ imponeret. Ita scribitur Mar. vij. Dicit Cõstantinus in li. de natura morborum dum aliquis in languore positus nomẽ amici sui quez diligit audierit ꝓtinuo ab infirmitate conualescit. Et ponit rationẽ dũ quis in languore positus nomen sui ꝑ dilecti audierit positi in regione longinqua tristiciam iam aliqualem cõcipit et merorem tñ exhortatione et ꝓsolatione sibi astantiũ et circa se sedentium in spez magnam ponitur vt videlicet eũ rediturum est visurus. illa aũt spes valida atq; cõsolatio sanitatez vt frequẽter infirmo restituit et valorem. Ad qd̃ ꝓbandum legitur Gen. xlv. Jacob credidit filium suum mortuum quia ei dictum erat ꝙ fera pessima deuorasset eum. Quapropter lugens multo tempe cõsolationez recipere noluit. Sz dixit. descendam lugens filium meuz cũ merore ad inferos. Tandẽ cum ei nũciaretur ꝙ filius suus viueret. ille ꝑ gaudio q̃si reuixit dicẽs Sufficit mihi si adhuc vivit vadam et videbo anteq̃ moriar. Ecce ꝙ audito noie amici ꝓ dilecti infirmus conualescit. Spũaliter xp̃us Jesus dñs noster est amicus noster carissimus qd̃ patet quo ad ꝓsens ꝓncipaliter in duob⁹ Ex cara videlicet redemptione et oĩm cõmunione. De ꝓmo dicit be. Johannes Apoca. j. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ideo ipse dicit Joh. xv. Maiorẽ dilectionem nemo habet vt animã suaz q̃s ponat ꝑ amicis suis. q. d. sicut ego feci ꝑ oĩbus amicis meis. De secũdo qz ꝑm Aris. viij. etĥ. Amicorum aũt omnia cõmunia. quare et omnia nobis cõmunicabit et subiecit. Juxta illd̃ ps̃. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues z boues vniuersas insuper et pecora campi volucres celi et pisces maris. Et non solum ista nobis vt verus amicus cõmunicauit. Sed corpus suum in cibum et sanguinẽ suum in potum nobis dedit. vt in clemen. de reli. et ve. sancto. Si dñm. Istum ꝑ oĩbus amicum debes tibi o homo eligere. sicut cõsulit Aug⁹. inquit. Elige tibi amicũ illum ꝓ amicis tuis videlicet xp̃z qui cum oĩa subtracta fuerint tibi solus fidem seruabit in die sepulture tue cum amici tui recedẽt a te. ille te non dereliquet. sed tenebit te a rugientibus leonibus ꝓpatis ad escaz z ꝑducit ad ignotam regionẽ ad plateas celestis hierusalem vbi collocabit cum angelis añ faciem sue maiestatis. vbi est cumulus felicitatis supeminens gloria supabundãs leticia. et oĩa bona. hec ille. Ecce qualis fidelis est amic⁹ dominus nr̃ Jesus xp̃s. Sicut ꝙ aliquis in lãguore positus audierit nomẽ amici cõualescit Sic factum est de isto surdo et muto qui cum audisset nomen et vocẽ dicentis. Effeta ꝙ est apire. illico sanatus est. de quo dicũt verba euãgelij in quo tria ꝓncipaliter per ordinem tangũtur ꝓmo adducentium fidelis deꝓcatio ibi. et deꝓcantur vt ei. secũdo xp̃i benigna exaudítio ibi. et apꝑhendens eum de turba. tertio feruẽs miraculi ꝑdicatio ibi. quãto aũt eis ꝓcipiebat z ꝓ sensu morali dimisso lr̃ali est sciendum ꝙ B moraliter per istuz surdũ et mutũ peccatoz cõgrue significatur. Nam sic̃ dicũt medici ꝙ surditas corpalis ex quatuor ꝓsueuit puenire sic et surditas spũalis. ꝓmo ergo puenit surditas corpalis ex soni z vtutis auditiue disꝓpoꝛtione. Sicut de tonitru patet. vno modo ꝙ ꝑm Aris. omnia ꝓterit. cerebrum mouet. et animũ terret. Alio mõ de aqua currẽte. Sicut refert Basilius in exame. et Ambro. ꝙ de padisi alto cacumine cadẽtes aque maximũ faciũt lacũ et in suo casu tm̃ faciunt strepitũ ꝙ omnes ico le iuxta ꝑdictum lacum reddũtur surdi immoderato sonitu sensum auditus in paruulis corrumpente. Moraliter per tonitruũ intelligit q̃libet ꝑdicatoz. iuxta illud ps̃. A voce tonitrui tui formidabunt. q. d. Audito sermone ꝑdicationis tue penitendo timebũt. Illi inquam ꝓdicatores si nimis alte in predicatõne sua tonant surdos suos auditores faciunt. Naz xp̃s ꝓm⁹ in nouo testamento predicator satis alte tonuit cum Joh. vj. dixit. Nisi mãducaueritis carnem filij hois et biberitis eius sanguinez non habebitis vitam in vobis. Et seqtur ꝙ ex

hoc multi eius discipulorum retro abierũt. et iã non ambulabãt cum eo dicentes. durus ẽ sermo h̃ qs potest eum audire. Ecce quõ surdi facti sunt ex illo alto tonitru p̃dicationis ꝑm q̃ ipsi abierunt. signũ est q̃ xp̃m non intellexerũt Si eñ eum intellexissent fortassis apud ip̃z audientes suam p̃dicationem ꝓmansissent. Nam hugo p̃dictum verbũ sic exponit. Nisi manducaueritis carnẽ filij hois ꝛc̃. i. nisi vniti fueritis ꝑ caritatẽ filio dei qui ꝑm carnem est filius hois non hẽbitis vitam in vobis. quia mẽbra sepata a corpe non pñt viuere. Sic etiam hãc autoritatez exponunt expresse doctores super li. sententiarum. di. ix. Sed discipuli Jesu intellexerunt eum carnaliter. q. d. Quis potest comedere crudas carnes humanas. Sz illis abeũtibus dixit ad illos qui remãserant Verba que ego locutus sum vobis spũs et vita sunt. id est spũalia. q. d. dicta mea oportet vos spũaliter intelligere. q̃ eñ carnaliter intelligit nil ꝓficit. sic adhuc fit cũ populo q̃ p̃dicatorẽ non intelligit surdus ab eius p̃dicatione recedit. Et iõ ór. vij. q. j. c. Oportz estqꝫ Canon b. Petri. oportz inqt q̃ docet et instruit aias rudes esse talez vt ꝑ ingenio discentiũ semetipz possit aptare z vbi ordinez ꝑ audiẽtis capacitate dirigere. hec ille. Uel alio mõ per tonitruũ intelligit cõmotio p̃dicatoris vl nimia correctio. de q̃ ór i ps̃ Vox tonitrui tui in rota. i. vox cõminationis z correctionis tue in sacra scriptura. Jsta q̃dez cõminatio et correctio qñ nimia z excessiua erga populũ existit ipm nõnunq̃ surdũ facit. ita q̃ p̃dicationẽ suam nõ audit. Et est talis iuxta illud metriste moralis. Tres sunt stulticie q̃bꝰ insipiẽs ꝓhibetur. i. oñditur. q̃ tm̃ loquitur q̃ nulla fides adhibetur. Qui tantum terret q̃ nil terrendo veretur. Qui tantuz tribuit q̃ mẽdicare videtur. Jdeo dicit Aplus ad Hall. vj. Fratres etsi preoccupatus scilicet per aliquã passionem resurgentem fuerit homo in aliquo delicto. vos qui spũales estis. i. perfectiores scientia et vita huiuismodi instruite in spũ lenitatis ꝓsiderans teipsum. i. ꝑpriam fragilitatẽ ne et tu tempteris. Et hec fuit causa potissima cur dñs Petrum cadere ꝑmisit. vt. s. peccatoribꝰ misericors existeret. de quo dicit Greg⁹. dis. l. c. Consideradum. illud factum est magne pietatis dispensatiõe vt is qui futurꝰ erat pastor ecclesie in sua culpa disceret qualiter alijs misereri deberet. Sed per aquaz intellige sciam vel sapientiã. Eccĩ xv. Aqua salutaris sapientie potauit illum. hec quidem si fluit de altis montibus. id est de superbis doctoribus surditatem facit in auditoribus quia doctrina inanis ꝓficit. Sicut ꝓbat Beda in histo. Anglorum de quodam episcopo litterato et subtili valde q̃ cum missus fuisset vel esset de scocia ad conuersionẽ anglicorum subtilitate vtens nil ꝑfecit quia auditus non fuit Et post hoc venit alter minoris litterature et vtens exemplis humilibus. et sic totã angliaz conuertit. Alio mõ per aquã intelligit voluptas carnis. de qua ꝑt congrue exponi illud Joh. iiij. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. q. d. Quãto plus voluptas exercetur tãto magis desiderat Jsta reuera aqua carnalis voluptatis si cadat a mõ D tibus et prelatis et predicatoribus similit̃ reddit surditatem auditoris. Quia dicit bea. Hieronimus et scribit hoc Eusebius in morte gli si Hieronimi ad Dãmasum ep̃m. Uir luxuriosus quomodo predicabit castitatem. z si predicabit que audiẽtibus veniet vtilitas. q. d. nulla. Quod põt dicere audiens quare ore predicas que opere denegas. bene loqueris ore et male vius opere. semetipsum damnat. plus tamen tacens valet talis predicatio quã loquẽs Secundo prouenit surditas corporalis ex auris cõcauitate. ex vẽtositatis inclusione. Quãdo enim homo multum vtitur de cepis que habent in se multum ventositatis. tales ventositates ad caput ascendentes obstruunt aurium concauitates. quibus obstructis accidunt surditates. Moraliter per ventũ intelligitur superbia vel inanis gloria. quia sicut ventus aerem concitat turbat et obscurat. Sic superbia aut inanis gloria intelligentias hominum obscurat. corda ad malum incitat. et parere conturbat. et hoc causat diabolus. Jux illud Zech. j. Uentus turbinis veniebat ab aquilone. q. d. Superbia perturbationis venit a diabolo. hec superbia aut vana gloria in multis hoibus causat surditatem quia tanquã vẽtus tumultuosus aures corda obturat ne vocem diuinitatis ꝓcipiant. et hoc precipue patet in superbis tyrannis quorum vnus fuit Pharao. Et figura aliorum de quo legitur Exodi. v. Cui cum diceret Moyses ex pte dei vt populũ israel dimitterz vt sibi sacrificaret dixit sibi Pharao ventus superbie inflatus. Quis est dominus vt audiam vocem eius. q. d. nullo modo audiã eũ. Nescio enim dominum et israel non dimittam. attamẽ qñ multipliciter fuit plagatus. x. plagis. vt patet ca. vj. vij. viij. Tunc dixit Moysi. peccaui coram domino. roga dominum vt indulgeat. Moraliter Moyses interpretatur vrgens liniens vel attractans. et significat quemlibet prelatum aut predicatorem qui debent vrgere increpatione et linire obsecratione et

attractare ad bonum ipsos subditos sana predicatione. Juxta illud .ij. Thimoth. iiij. Predica verbum insta opportune .i. instanter facias hec argue obsecra increpa in omni patientia & doctrina. quasi diceret. Insta importune scilicet illis qui desiderant audire etiam illis q̄ nō recipiunt gratiose & aliquando est ibi profect⁹ magnus. Sicut dicit Augustinus de seipso audiente predicationem beati Ambrosij ex curiositate morum et non vtilitate. Cunq; inq̄t attenderem q̄ pulcre diceret me inuito q̄ verus dicebat. et sic ad fidem conuersus multus profecit in ecclesia dei. Sed Pharao interptatur

cula apponit. Tercius gradus quo ascenditur
F est scientie omnium beneficiorum dei grata p̃-
cognitio. t recte sequitur pietatem in ascenden
do. Quia dicit Gregorius primo moraliũ. Nul
la scientia est si vtilitatem pietatis non habet.
Et Ansel. libro similitudinũ circa finem. Spi-
ritus inquit sanctus donum sciẽtie superimpo-
nit pietati cuz mens sic tenet sibi t compatitur
vt quomodo valeat modo saluari scrutatur. ei
qz spiritus sanctus huius rei cognitionem lar
giatur. Est autem scientia duplex. Una secula-
ris que scõm Bern. super Cantica inebriat nõ
charitate sed curiositate implet, sed nõ nutrit
sed inflat. sed non edificat. ingurgitat sed non
confortat. Est alia que fm beatum Aug⁹. libro
xmj. de trinitate ca. v. non est rerum vanarum
nec curiosarum. sed de his quib⁹ fides saluber-
rima. que ad veram beatitudinem ducit. gigni-
tur t nutritur. defensatur t roborat. Et hoc
est donum spiritus sancti ad quod ascẽdere iu-
bet christus cum dicit. Amice ascende superi-
us de pietate ad scientiam. In hoc ascensu inue
niat quilibet amicus dei conuiuium. quia scien-
tia menti humane preparat conuiuiũ i die suo.
Dicit enim Aug. libro de verbis domi. Sicut v̊-
tus est cibus anime t illa sterilitas t illa fames
causat quodãmodo ieiuniũ spirituale i anima.
quod donũ scie expellit ab aia. iuxta illud Gre
go. j. moral. Scia in die suo ieiuniũ facit. qa in
G ventre mentis ignorãtie ieiuniũ supat. Est ta
men notandũ Gregorius sup Job. xxij. moral. in-
nuit triplicẽ mensam sacre scripture in quibus
anime studiose mediante dono scie diuersimo-
de t dulciter reficiunt. Prima est mensa histo-
rie in qua simplices cibant ferculis grossiorib⁹
fidem roborantibus dũ legunt in sacra scriptu
ra q aqua in vinũ mutat. lazarus suscitat. ce-
cus illuminat. leprosus mũdat t hmõi. Secũ-
da mensa est allegorie in qua cibant doctores
ferculis subtiliorib⁹ dum eis panis verus de
celo pmittit t dat. vita eterna speratur. ianua
celestis regni aperitur. mensa eterne refectionis
p̃paratur. corpus christi vere manducatur. in
quo nobis diuinitas p̃patur t ppinatur. Unde
Hugolin. j. c. sup angelicam hierarchiã. Carnẽ
inquit nobis Jhesus medullum prepositi vt p
cibum carnis ad gustum intraret diuinitatis.
Tercia mensa est anagogica i qua perfectiores
cibantur ferculis dulciorib⁹. Quia dicit Hu
go vbi supra. Anagogia est ascensio seu eleuatõ
mentis in contemplatõem supnorum. Jõ ascẽ-
dendo transcendit narratiõem mense historie.
Sed contemplando transit vltra velamina mẽ
se allegorie. Plana autem ascensio t pura con-
templatio in mente miram t dulcẽ generat dul
cedinem t delectatõem t refectõz. vt dicit Gre
go. li. j. sup Ezech. parte. nj. omel. ij. Contem-
platõ amabilis valde dulcis est que sup seipaz
animam rapit. celestia aperit. terrena autẽ de-
bere contemni ostendit spiritualia oculis men
tis patefacit. corporalia abscondit vt talis cõ-
templatrix anima dicat illud Cantico. Ego
dormio t cor meum vigilat. Quartus gradus
quo ascenditur superius est donũ fortitudinis
quod spiritus sanctus supponit dono scientie.
Cuius ratio est. quia dum mens pauida timẽs
sibiqz dono pietatis compatiens t tã quid age
re debeat dono scientie sciens oportet q sit for
tis ad operandum que didicit. t quibus se sal-
uari posse confidit. vt dicit Humbertus libro
de septem donis de dono fortitudinis. ca. j. In
illo ascensu quo de scientia ad fortitudinem in-
uenit amicus dei conuiuiũ. Quia fm Grego. j.
moral. Fortitudo in die sua conuiuiuz facit. qa
dum aduersa non metuit tripudianti cibos mẽ
ti confidentie opponit. Dicit enim Tullius libro
j. rethor. Fortitudinis vt est virtus moralis q̃
tuor sunt species. videlicet confidentia. magni
ficentia. patientia et pseuerantia. Confidentia
sine fiducia conuiuantes de conuiuio vsqz ad fi
nem spe assecurat t dulciter reficit. Quia secu-
ra mens quasi iuge conuiuium Prouerb. xv.
Hec expellit a conuiuantibus omnem diffiden
tiam iuxta illud ps. Qui confidunt in domio si
cut mons syon nõ cõmouebitur ineternũ. Ma
gnificentia vero vt decet preciosa in quiuio am
ministrat. Quia dicit Tullius vbi. s. Magni-
ficentia est magna qz rex splendida ammistra- J
tio. Patientia autem cõuiuantes cõfortat t q̃
etat. qz fm Cassiodoz sup ps. Patia vincit ad
uersa nõ colluctãdo sed sufferendo. nõ murmu-
rando sed gratias agendo. Hec inquã virtus ex
pellit a conuiuio vicia opposita vt impatientiã
discordiam. rixam. seditiones ẽ. que ment cõ-
uiuium molestant t perturbant t hec patientia
perfectius animam reficit. quia pfectum opus
habet Luce. xxij. In patia vestra possidebitis

animas vestras. Sup quo Grego. Quid ē inq̄t aīas possidere nisi pfecte in om̄ib⁹ viuere cunctisq; mētis morsibus q̄si ex arte virtute dñari qd̄ vtiq; aīam valde cōsolat̄ ⁊ reficit. Sed pseuerantia cōuiuantes ad stabilē mansiōz trahit ⁊ inuitat. Quia ꝟm Tulliū pseuerantia est refectio dulcissima. Nam Aug. exponēs illud Mathei. xxmj. Qui perseuerauerit in finē ⁊c̄. Cum pueneris inquit ad tres panes perseuerando. hoc est ad cibum ⁊ intelligentiam trinitatis. habes em̄ viuos. Nō em̄ panis ille finiet̄. sed omnem indigentiam tuam finiet. Quintus gradus quo supius ascendit amicus dei est donū consilij. Quia dicit Ansel. li. silitudinū supedificat. qꝛ cum mens iam fortis est ad operandū necesse est quid cōsulere debeat. Quia dicit Greg. j. moral̄. Qui sine cōsilio viuūt se precipitatōi et fortune tendunt. vitam suam negligunt dū trāsitoria inconsulte appetunt. dum eterna nō intelligunt vel intellecta contemnunt. dum exilium ⁊ miseriam suam non cognoscunt. quia ceci ideo nec cosilium habere sciunt. Et ideo tales merito in insipientia sua peribunt. In hoc ascēsu inueniat amicus dei conuiuium suum. ⁊ hoc nusquā conuenientius celebratur sicut in secreto mentis vbi consilia in silētio tractantur. Et hoc figuratur in libro Numeri ca. ij. vbi Moyses in rebus dubijs consulendum dominū relictis turbis crebro reuertebatur ⁊ intrauit tabernaculum vbi dominū ꝯsuluit ⁊ consiliuz accepit quod populo postea dixit Quā figurā exponēs Greg. xxxij. moraliū di. Ad tabernaculum redire ⁊ intrare est postpositis exterioribꝰ tumultibus secretum mētis intrare. Ibi em̄ dominus consulitur ⁊ quod foris agendū est publice intus silenter auditur. ⁊ tunc vocem dei q̄si per occultam inspirationez audierat dubiuz in meditatione mentis se a carnalibus mentibus abstrahunt. Scias nanq; ꝙ donum consilij reficit supra modum. scz consiliarios sacris contemplationibus. dum eos in tabernaculo. id est secreto mentis facit diuina consilia audire. Et hi sunt memoria. intelligentia et voluntas. Nam memoria ab omnibus purgata ingrediatur secretum mentis. ⁊ dicat cum psal. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Postea ingrediatur intelligentia vt veritatem iudiciorum discutiat. ⁊ inter consilia a quo spiritu procedant discernat. Quia scd̄m Bernhardū dñi spirituū diuersa sunt genera hominuz. ideo necessaria est nobis eorum discretō. Nam spiritus carnis suggerit mollia. spiritus mundi vana. spiritus malignꝰ amara vt iras. rixas ⁊ huiusmodi. Si autem spiritus suggestio sit d̄ corpore castigando. de corde humiliādo. de seruanda virtute ⁊ habenda charitate sine dubio spiritus sanctus suggerit hec. Deinde ingrediatur voluntas vt discussa amplexetur si ē suggestio a spiritu sancto. ⁊ clamat cuz sponsa Cāticoruz. v. Anima mea liquefacta est vt dilectꝰ locutus ē quesiui ⁊ nō inue. ⁊c̄. Quod exponit Origenes dicens. Diuine consolationis vt audio felicissimus effectus est liquefactō. liquefit em̄ anima deuotione. mollescit vt dilectus meus suauiter cubat. Secundo reficit conuiuantes medios. scz vigores anime naturales ⁊ sensus anime rationales ⁊ milites siue v̄tutes morales sacris virtutibus. dum facit eos diuina consilia in secreto vere intelligere. Tercio reficit conuiuantes inferiores. vt sensus animales ⁊ corporales tam interiores vt imagines q̄ exteriores. vt visum. auditum. gustum. tactum ⁊c̄. que sunt tanquā artifices vt rustici necessaria corpori administrantes vt dicitur in libro de spiritu ⁊ anima. Sed nunc eos reficit dum eos diuina consilia adimplere facit. Sextꝰ gradus quo ascenditur superius est intellectus qui pertinet ad vitam contemplatiuam In isto ascensu inuenit quilibet conuiuium suuz. Quia vt dicit Gregorius libro. j. moralium. Intellectus in die sua conuiuium parat. quia in eo qd̄ audita penetrat reficiendo penetrat cor. tenebras eius illustrat. ergo in penetratione ipsorum auditorum inuenta veritate mens reficitur. Cum ergo scd̄m Gregoriū intellectus penetrat diuina velamina veritatis diuine tam ī scripturis q̄ doctrinis. tam figuris q̄ sacramētis vsq; ad intimam ⁊ nudam veritatem intelligendam ⁊ degustandam quadam intellectuali experientia pertingat. quod perfectissimorum est vt dicit Bern. super Cantica. Ideo dulcissime mentem reficit. Septimus gradus est sapientia. Quia dicit Aug. libro. ij. de doctrna christiana q̄ a timore vsq; ad sapientiam quc est septima in donis et vltima per gradus ascendit̄ ⁊ peruenitur. ⁊ sic sapientia non deberet ꝓ gradu reputari. sed quasi pro termino ad quem esset ascendendum. Quia vt dicit Augustinꝰ ibidem q̄ sapientia est summa ⁊ vltima. ⁊ ea habita animus potatus tranquillusq; perfruitur et delectatur in ea. ergo est vltima in qua est consumatio. Cum ergo amicus dei ad sapientiam ascenderit conuiuia inuenire poterit. Dicit ergo Bern. libro deligendo deum. Sapientia triplex conuiuium donat. Cibat enim in hac vita laborantes. potat post hanc vitam quiescētes ⁊ eterna vita regnantes. Ad quam nos perdubat Jhesus christus dei filius ⁊c̄.

Dñica.xviij.post trinitatis.Sermo primus.

Gratias ago

deo meo sp̄ p vobis i gratia dei q̄ data est vobis in xp̄o ihesu.qz diuites in oīs facti estis in omni verbo et in omni scia.j. Cor. A j.Cōsuetudo hec fuit apud romanos q̄ victoribus triumphantibus et romā redeuntib⁹ triplex honor impendebat̄ Primus honor fuit q̄ victori populus cum iubilo ꝛ leticia obuiauit. Secundus q̄ omnes captiui sequebant̄ curruz eius.Tercius q̄ victor indutus tunica iouis debat in curru quem trahebant quatuor eq̄ albi.ꝛ ducebat̄ vsq̄ ad capitoliū. Aliā consuetudinē narrat Jsidorus.xvnj.ethi.ij.ca. allegās tranquillum q̄ triumphans cum vrbem ingrediebatur tripertito iudicio honorabat̄.Nā primo de triumpho duci cōcedendo iudicabat exercitus.scdo senatus.tercio ppl's. Erat aūt romanoz mos q̄ triūphans q̄driga veherē.coloze ruffo plinirē.purpura ꝛ polimita lōga indueret̄.palma aurea ꝛ laurea cozonaret̄.ꝛ hec oīa ostenderūt q̄ suis victorib⁹ grati fuerūt. Spūaliter xp̄s fuit ppugnator nr̄.ad saluāduz nos ipse victoriā maximā obtinuit ꝓtra inimicos nostros.ꝛ nos liberauit de durissima seruitute.iō ire debem⁹ ei obuiā cū cātico gr̄arūactionis laudātes eū decacozdo mādatoz ei⁹ opere et sermone.Et ipsum debem⁹ ponere laureatū i curru.qz positū i nr̄a memoria debem⁹ ꝓtēplari eū cozonatū spinea cozona.cōfixū clauis.pforatū lancea.potatum aceto.pensum in patibulo.Et hoc faciēdū iugiter exēplo.b.Aug.in li.Soli.dicētis.Dñe dilexisti me pl⁹ q̄ te.quia mozi voluisti ppter me tā charo p̄cio redemisti me.de supcilio vocasti me.noie tuo signasti me de seruitio retraxisti me sanguine tuo vt memoria tua semp esset apud me ꝛ nunq̄ recederet a corde meo.qz ppter me de cruce noluisti descendere. Figura.j.Regl.xvj.Filie hirlm venerunt obuiā dauid redeunti a prelio philistinoz cantantes in tympanis ꝛ chozis dicebāt.Saul percussit mille.ꝛ dauid.x.milia.Mozalit̄ filie hierusalē sūt liberate aīe a demōib⁹ philistinoz infernaliū p victoriā passionis xp̄i.Cognoscētes igit̄ hoc bñficiū deberēt illi ire obuiā cū cātu ꝛ sono.i.fide ꝛ ope gr̄arūactōes reddētes p.x. milib⁹ p̄cussoz.i.p liberatōe ab innumer̄ mal̄. ꝛ pstratōe dyaboli.qz melius nō bñt qō ei reddant p tātis bñficijs q̄ gr̄arūactōes. Quia dicit gl'osus|doctor Aug.i epla ad marcellinum. Quid meli⁹ aīo geram⁹ ꝛ oze p̄mam⁹ ꝛ calamo exp̄mam⁹ q̄ deo gr̄as agere.hoc em̄ dici breui

B Gra

us nec audiri leui⁹ nec itelligi grati⁹ nec agi fructuosius pōt.Qual' aūt debeat eē hmōi gr̄arūractio docet Bern.i quodā ser.di.Nō tm̄ verbo nec ligua sed ope ꝛ virtute exhibeamus nosmetipsos gratos.nō em̄ gr̄az dictionem.sz gr̄arumactōem exigit a nobis dñs deus nr̄.Et qui vult vere gratus esse nō solū debet gr̄arūactiones referre deo de sibi collatis bñficijs.verum etiā alijs qui in verbo allegato agit gratias p beneficijs alijs collatis cuz dicit.Gratias ago deo meo semp.i.omnibus horis ad ozandū deputatis p vobis in gratia dei ꝛc̄.In qua quidē epla congratulat̄ primis ppter tria beneficia eis collata.s.Sufficientiā bonoz collatozum. Affluentiā meritoz pfectozuz. Perseuerantiā bonozum agendozuz.Primo igit̄ gratulatur p sufficiētiā bonoz collatoz cū dicit.qz diuites facti estis i oīes. Ꝓ quo notanduz.diuitie quo ad p̄s sūt duplices. ꝑme sūt tpales.scde spūales.Prime q̄dē nō sunt adaugēde nimiū. exquo habem⁹ iter ire breue.Fatuū ē em̄ laborē magnū bre ꝛ pulsionē p victu bñtib⁹ iter breue.Moraliter nos habem⁹ iter breuissimū vite vicz p̄tis qō paucis dieb⁹ ꝓsumat̄.iuxta illud Job.xmj. Breues dies hois sunt.nō ē g̃ pulsio magna facienda de tpalibus reb⁹ p tā breui vite cursu.ꝛ precipue cum ille nō ad pfectū sed ad detrimentū tendāt.Nā ille q̄ congregabat mlta bona i annos plurimos fatu⁹ iudicabat̄ dicēte dño.Stulte hac nocte recipient.scz demōes animā tuam.ꝛ que congregasti cuius erūt Luce.xij.Ideo illas res tempozales moderate ferre debemus nobiscū vt sic ad terminū veniam⁹ Legitur Exo.xvij.q̄ filij Jsrabel exeuntes de egypto nō ceperunt manna p desertum ambulātes nisi quādo consumpta fuit farina quaz secum tulerant de egypto.Sed illa ꝓsumpta venerunt in helym.xxx.die.ꝛ ibi fixerunt tabernacula sue mansionis vt dicit magister.ꝛ ceperunt edere manna.Qui sunt filii Jsrabel exeūtes de egypto nisi fideles xp̄iani p pfessionē exeūtes de tenebris pctoz. Hi igit̄ volētes ad ērā pmissionis.i.ad celuz p hu⁹ vite desertū ire nō debent de farina egypti.id est.de diuitijs p̄sentis vite magnā gerere sollicitudinē eo q̄ via breuis sit. Quid absurdius dici potest q̄ quominus restat via eo plus viatici querere. ꝛ via deficiente viaticum augere. quasi diceret. Nō debent fideles curare de cozruptibi substantia quoniaz in breui expectant eternam beatitudinem a christo in ipso figentes nostri cordis mansiones manna celestis cōsolatōis accipiem⁹.ꝛ hoc post.xxx.dies.Nā triginta terdene sūt ta ad seruādū si relinquam⁹ opa mortua.ociosos

Sermo.xc.

sermones ꝛ prauas cogitatões erimus disposi
ti ad eterna aut superna que non patiunꝫ secuꝫ
caduca. iuxta illud Bern. sermone. lxxvij. Pre
occupatum quippe secularibus desiderijs ani=
mũ declinatio sancta declinat. nec misceri pote
rint vana veris. eterna caducis. spiritualia cor
ruptibilibus. summa ímis vt pariter sapias. et
que sursum sunt ꝛ que super terraꝫ. hec ille. Vi
deamus tamen ad experientiam q̃ interdum fi
unt in aliquo funiculo nodi adeo fortes ꝛ du=
ri q̃ potius frangitur q̃ solui possunt. Sic spi=
ritualiter adeo nodaꝫ animꝰ ꝛ affectꝰ cordis hu
mani cum diuitijs q̃ potius anima sepaꝫ a cor
pore p ipsam mortẽ q̃ affectus cordis ab amo
re diuitiarum posset dissolui. Et ratio est. quia
cor tribus funiculis ligatur ab illis. naꝫ cor in
nodant in acquisitione. ꝑprio fune cupiditatis
Stringunt retinendo laqueo tenacitatis. ꝛ vr
gent in possidendo sapore malignitaſ. ꝛ ille fu=
niculus nõ facile potest rumpi. iuxta illõ Eccl
x. Funiculus triplex difficile rumpitur. Sic er
go ligatum hominem ducunt insolubiliter i in=
teritum. Sicut figuratũ est Judicũ. xvj. de Sã
sone qui seductus a Dalida ligatus est a phili=
steis. ꝛ excecatus ductus est ab eis captiuus.
Tunc em̃ spiritualiter Samson seducit a Dali
da quãdo homo seducit a pecunia. Jacẽs em̃ i
eius gremio p nimium affectum ligaꝫ a demoni
bus ꝛ excecatus intentiõis lumine aut intelle=
ctus qui est lumen quod deus anime infudit. nj
ethicoꝝ. Captiuaꝫ peccato in quo miserabili=
ter moritur sine medio ꝛ damnatur. sicut patꝫ
de quodam vsurario. Nam legitur q̃ due soro=
res simul habitabãt. ꝛ mortua matre hereditа
tem diuiserunt. altera statĩ affectu pecunie por
tionem suam dedit ad vsuram ꝛ faciens firmaꝫ
cistam in eam multam pecuniam cõgregauit. ꝛ
nõ compatiebatur sorori nec alicui egeno. Cõ=
tigit vsurariam infirmari ad mortem. que voca
uit suam sororem vt ei ministraret. Quod et il=
la fecit sperans se aliquid accepturam. Jlla vi
dens se euadere non posse. sorore emissa ad ci=
stam accessit tollens ex ea duas crumenas ple=
nas denarijs. et cinxit eas ad nudam carnem.
sub vestibus tegebatur. Ecce q̃ fortiter ligata
fuit ista ꝑdicto ꝓplici funiculo. q̃ nullo mõ nec i
morte potuit solui. Sorore igitur reuersa ait.
Rogo te vt cum mortua fuero a nullo permit=
tas me nudari. Sed in eisdem vestibus in qbꝰ
nũc iacco me ponere sinas ad sepulcrũ. moritꝫ
illa ꝛ vt rogauerat sepelit. Quo facto dictũ ẽ
dño ville de morte vsurarie q̃ aduocãs aduoca
tũ suũ misit vt pecuniã vsurariã asptaret At il
le veniens accepit claues. et cistã aperiẽs ni=
hil inuenit. Qui cum exigeret pecuniam a so=
rore ꝛ torqueret eam. cepit illa de petitione so
rozis cogitare. ꝛ de pondere mortui corporis
habere suspitionem. recitat hoc aduocatꝰ. Jl=
le vero rogauit sacerdotem vt liceret ei aperi=
re sepulchrum vsurarie ꝛ concessit. Et aperto
sepulchro viderunt ambo. sacerdos videlicet
ꝛ aduocatus corpus nudatum. ꝛ maximo cin=
ctum serpente. mittens in os proiecit denari=
os mulieris extractos. Quo viso territi valde
clamauerunt. Reisce terram velociter. Dyabo
lus enim vas suuum punit ꝛ illudit. Jdeo dicit
venerabilis Seneca in quadam epistola. Fo=
rtissima pestis est cupiditas. quasi diceret. For=
titer inheret homini etiam vsq; ad mortez. que
solet egenos facere quos capit. dum fraudem
querendi non inuenit. Nam alterius cupiditaſ
ex alterius sine nascitur. Jdeo fortior est q̃ cu=
piditatem vincit q̃ qui subijcit hostem. hec ille
Propter quod non est credendum q̃ apostо=
lus congratulabatur ꝛ referebaꝫ gratiarum ac=
tiones q̃ Chorinthi diuites facti fuissent diui
tijs temporalibus. Quia dicit Gregorius i mo
ralibus. Carnales inquit homines cum de re=
rum abundantia ꝛ diuitiarum affluentia extol=
luntur hora qua nesciunt subito rapiuntur. Et
dum pedes affixe credunt repentino interi=
tu ad ima descendunt. Secunde diuitie sunt D
spirituales vt sunt virtutes. de quibꝰ dicit Gre=
go. in omelia. Sole diuitie vere sunt que virtu=
tibus diuites faciunt. Et subdit. Si ergo fra=
tres charissimi diuites esse cupitis veras diui=
tias amate. Una igitur inter virtutes est sapiẽ
tia. de qua Jsa. lxj. Diuitie salutis sapientia et
scientia. De sapientia dicit Salomon Sapien
tie. vij. Infinitus em̃ thesaurus est hominibus
quo qui vsi sunt participes facti sunt amicicie
dei. quasi diceret sapiẽs. Hec est causa q̃re the=
saurus iste videlicet sapiẽtie nõ est absconden=
da sed liberaliter cõmunicãda. qz est thesaurꝰ
infinitus. id ẽ nunq̃ deficiens sed semp ꝓficiẽs
quia quanto magis cõmunicaꝫ tanto magꝭ cre
scit ꝛ augmentatur. Nam legit in vitis phoꝝ
q̃ Solon interrogatus est a diuite vtrum the=
sauros haberet qui pauper esse videbatur. Re
spondit. Tu ꝛ ego thesauros habemus sed in
ter meũ ꝛ tuũ habere est differentia. qz de meo
nullus me inuito potest attingere. Et si alijs di
stribuero ꝛ iminutõz nõ patit. q. d. sz augeꝫ. tu
us aũtem quottidie discrimie amissionis pati=
tur inuito. Et si alteri modicum tribueris mi=
norꝫ De hoc etiam pulchre alloquit Alanꝰ
n anticlaudiano li. j. vbi narrat quomõ frene
sis ꝛ sapia vel prudentia vir vtuosũ suis ditat

muneribus dicens. Assistēs frenesis donat do
na omnia philosophie. Nō illas largitur opes
que sepe potentum. Excecant animos ꝛ maie-
statis honores. Inclinant. minuunt quia legis
iura retardant. Sed potius donat thesauros
mentis ꝛ oīs diuitias animi. quas si simul ac-
cipit vltra non eget. immo simul ditatus super
abundat. quoniam rectus amor possessio nobi
lis. vsus vtilis. vtilior largitio. fructus abun-
dans. Hec est gr̄a poli thesauros celi inundās
Omnia que doctos ditat que prodiga largos
Amat possessores ꝛ dedignatur auaros. Clau-
sa petit. diffusa reddit nisi publica fiat Labitur
ꝛ multas vires conquerit eundo. Non istas ex
poscit opes rubigo nec ignis Deuorat. nec fur
minuit. subiectio mergit. Naufragium tollit p̄
do depauperat hosti. In istis versib⁹ dicit dif-
ferētiā thesauri diuitiaꝝ ꝛ sciaꝝ. Quia thesau
rus diuitiaꝝ excedit discretōem. ꝛ declinat ad
immundiciā vicioꝝ. ꝛ retardat iusticiā legiꝫ ꝛ
statutoꝝ. Thesaurus autem diuitie mētis q̄ est
thesaurus scie et sapientie est talis. q̄ ei⁹ amor
est rectus dū appetit. possessio nobilis dum ha
bet. vsus nobilis in bene viuēdo. vtilior i docē
do. fructus abundans in premio p̄cipiēdo. Et
de istis diuitijs spiritualibus congratulabatur
apostolus chorinthēis gratias deo agendo cū
dicit. Diuites facti estis. scz in verbo doctrine
et predicationis. habentes modum quomodo
minores. mediocres ꝛ perfecti siue incipientes
proficientes ꝛ contemplatiui sunt verbo predi
cationis informandi. Et tūc apostolus dirigit
verbum suum ad pfectiones qui alios habēt v̄
bo doctrine informare cum dicit. In omni scia
id ē intelligentia scripturaꝝ ad salutem perti-
nentiū. Et dicit notāter in omni scia. Quia op
tet p̄dicatorē euāgelice veritatis esse talez vt p
ingenio discentium semetipsum posset aptare.
ꝛ verbi ordinem pro audientis capacitate diri
gere. vt pbatur. vnj. q. j. ca. oportz. Qui em̄ eā
dem doctrinam omnibus predicant sunt quasi
imperiti medici volentes vno collirio oīm ocu-
los curare. vt dicit Hiero. ꝛ ponitur. xix. dis.
Necesse g̃ q̄ apostolus intelligit verbū suuz de
diuitijs spūalibus. s. sapia ꝛ scientia que sunt li
beraliter a doctoribus ꝛ a p̄dicatoribus ꝓmu-
nicāda. ꝛ hoc ꝓpter duo. Primo ꝓpter euidēs
augmentū ꝛ excrescentiā. Dū em̄ sapie thesau-
rus alijs cōicaꝫ euidēter augmētaꝫ. De ista lo
quit Aug. li. j. de doc. xp̄i. c. v. inuitās homines
ad docendū liberaliter ea que sibi a deo conces
sa sunt. quia si docere curarēt plura scirēt. Nō
est inquit metuendū ne dare desinat cetera cuz
ea que data sunt cepimus impendere. Et addu
cit Aug. duas pulcherrimas figuras de duob⁹
festis que fecit xp̄s paupibus qui eum sequebā
tur vt ab eo docerent. Primū festū fecit quinq̄
milibus hominū de quinq̄ panibus ꝛ duob⁹ pi
scibus. Et illis saturatis supabundauerūt. xij.
cophini fragmentoꝝ Math. xiiij. Secundū fe
stum fecit q̄tuor milibus hoīm de septem pani-
bus ꝛ piscibus paucis. Quibus saturatis su-
perabundauerunt sporte septem plene fragmē
tis Istis miraculosis historijs alludens Aug.
ibidem dicit. Illi quinq̄ ꝛ illi septē panes ante
q̄ inciperent dari hominibus esurientibus. q̄ vt
fieri ceperant cophinos ꝛ sportas satiatis tot
milibus hominū impleuerunt. Sicut ille panis
dum frangeret accreuit. sic quādo doctor libe
raliter incipit dando quid de dono dei accepit.
multiplicatur ꝛ augetur in docēte. Secūdo est
liberaliter cōicandus ꝓpter sequens emolimē
tum ꝛ sufficiens. Maximū em̄ emolimentū est
q̄ homo fiat particeps amicicie dei. Hoc autē
facit bonus vsus sapientie. Quia de sapia dici-
tur Sap̄. vij. Amicos dei ꝛ pphetas ipsa cōsti-
tuit. Et ibidem dr̄ parum supra. Quo. s. thesau
ro sapientie qui vsi sunt. videlicet faciēdo quo
ad seipsos. ꝛ docendo quo ad alios. participes
facti sunt amicicie dei. Et dicit Rober. hol. sup
li. Sap̄. lect̄. xcvj. q̄ tria sunt genera hoīm q̄ f
thezauro scie siue sapie nō vtunt ad meritum.
Quia sunt sapie oppressores. subuersores ꝛ ab
usores. Primi em̄ sunt sap[illegible] oppssores. Op-
primunt em̄ sapientiam quam a deo acceperūt
ꝛ ad proximoꝝ edificatōem nō exponūt. Et hi
similes sunt illi seruo maligno ꝛ pigro qui acce
ptum talentum fodit in terram ꝛ abscondit pe-
cuniam domi sui Math. xxv. Et cum socij sui
ꝛ conserui sui venerunt cum suis lucris ad do-
minū duplicatis. Ipse accessit cuz talento ꝛ ait
Domine scio quia durus es. ꝛ metis vbi non se
minasti. ꝛ congregas vbi non sparsisti. timens
abij. abscondi talentum tuuz in terra. ꝛ ait. Ec
ce habes quod tuum est. De isto loquens Cry-
sost. omelia. xix. operis imperfecti dicit q̄ hec ex
cusatō falsa. Dicit inquit seruus nequā. vbi nō
seminat metit. Quis em̄ hoīm est vel gentiliuz
vel iudeoꝝ quē nō spiritualiter sensibus ador
nauit. cui non dedit scientiaz boni ꝛ mali. ꝛ cui
non dedit posse fugere malum. ꝛ apprehendere
bonum si velit. Sicut inquit nullus est homo
cui sit minus aliquod membrum corporis ad
vsum corporalem. sic non est cui sit minus ali-
quis sensus vel potētia ad intelligentiam boni
ꝛ mali ad omne opus bonum faciendum quod
cunq̄ voluerit. hec Cryſ. Et vult exp̄sse dicere
q̄ deus nulli homi deficit cōcedendo sibi sciam

Sermo.xci.

neceſſariam ad ſalutem ſi nō abutatur gratia ſi bi a deo conceſſa.ꝛ non opponat obicem p pec catum.Sunt ergo quidam qui ſub terra abſcō dunt talentum. quia ſcz noticiam ſcripture ſa cre ꝛ eccleſiaſtice diſcipline ſub ſollicitudie ter renarum occupationum recondunt.vel ſub de licijs ꝛ pigritia carnis ſue decoquūt.De tali di citur Eccī.vj. Si vixerit homo multis annis. ꝛ non vtatur ſubſtantie ſue.De hoc dicit. Ego pronuncio q̄ melior illo ſit abortiuꝰ.Quia Ec cleſiaſtici.ij.dicit.Sapientia abſcondita ꝛ the ſaurus inuiſus que vtilitas in vtriſq;.quaſi di ceret nulla.Et hoc eſt verū ſed non quantū ad ꝓpriam.Theſaurus em̄ inuiſus nō ſibi ſz alijs valet.ſcz ſapientia abſconſa valet habenti q̄n tum ad actus vite contemplatiue.licet non va leat alijs per opera vite noſtre actiue. vt dicit Nicolaus de lyra.Secundo ſunt quidam ſapiē tes.ꝛ tamen ſapientie ſubuerſores. quia quic quid verbis edificant moribus expugnant. Et dato q̄ interdum edificent,primos.tamē i nul lo promouent ſeipſos.Cum em̄ dicit Ariſ. vnj de animalibus. q̄ apes cum fecerint magnā co piam mellis in fauis ſuis fugunt de melle illo ꝛ ſe recreant de eodem. Et ſi non facerent mel il lud corrumperetur. et de fauis fierent aranee. Sic moraliter perſona eccleſiaſtica habet ma gnam copiam mellis id eſt ſcientiā ſacre ſcp̄tu re que melli comparatur pſal.cxvnj. Quā dul cia faucibus meis eloquia tua domine ſup mel ori meo.neceſſe habet alere ſeipſū de melle ſuo Quod ſi non fecerit mel ſuum corrumpet.quia ſcientia in diſplicentiam ꝛ penam conuerteret. ꝛ de fauis fierent aranee. id eſt de habitibus ſci entialibus venenoſe curioſitates ꝛ vane.vt di cere poſſit quiſq; talis cum pſal.Tabeſcere fe ciſti ſicut araneam animā meam.Et in alio pſ. Anni eius ſicut aranee meditabantur vel ope rabantur ſm glo.que dicit. Meditabantur an ni.id eſt operabantur. quia ſine fructu ꝛ vtili tate boni operis tranſierunt.Et ideo primo et principaliter debet litteratus vti ſapientia ſua aut ſcientia ad deuotōnem ꝛ recreatōem ꝓpri am.ꝛ poſtea ad alienam.Et hoc eſt quod ſignā ter dicit Eccī.ij. Hanc ratus ſum partem meā ſi vterer labore. Dicit em̄ Ariſtoteles.j.de ge neratione prope finem q̄ es et ſtānum nō bene miſcentur ad inuicem.Sed ſicut littere coniū guntur.ꝛ in ore balbutientis vna littera ſonat ꝛ alia euaneſcit.ꝛ es māet. Moraliter es quod eſt metallum ſonorum deſignat predicationis eloquentiam. et es quod apparet argentum et non eſt ſignificat converſationis falſam appa rentiam. Et iſta duo minis male cōmiſcent in perſona quacunq;.ꝛ ideo cum ad examen dei p uentum fuerit nihil apparebit niſi ſonus doc ne ſine vtilitate.ſed cuz argento bene miſcetur es.quia vite claritas ꝛ verbi ſonoroſitas dele ctabilem efficiunt mixturam. In cuius figura legitur Exodi.xxv.q̄ dominus impleuit beſtel ſpiritu ſapientie ꝛ omni doctrina ad faciendu opus in auro et argento ꝛ ere in omnibus que requirebantur ad ſanctuaria templi.Hoc ē mo ralitatis q̄ perſona eccleſiaſtica ſemper debet eſſe inſtructa q̄ operari ſciat in auro deuote cō templationis.argento honeſte converſationis ꝛ ere ſonoroſe predicationis. Tercio ſunt qui dam ſapientes ꝛ ſapientie abuſores. et hi ſunt homines bene inſtructi.quia ſcientiaz applicāt ad nocendum.colorant falſa.excuſant menda cia.impugnant vera.Et de vnoquoq; tali dici tur Eccī.xx.Qui multi vtitur verbis ledit ani mam ſuam . Omnes iſti male vtuntur diuitijs ſapientie.Conſimiliter ꝛ hi qui mendacium ꝓ bant ꝛ falſas auctoritates allegant ad ꝓpriam oſtentationem et omnem predicationem diffa mant.Talis ſi querit cum apoſtolo.ij. Chor. .j. Nunquid leuitate vſus ſum. aut que cogito ſcom carnem cogito vt ſit apud me.Et dico cō fidenter q̄ talis vtitur leuitate.carnalitate vel falſitate. Non ſic fecerunt ſancti patres q̄ nos precesſerunt.Sed habentes theſauros ſapien tie ꝛ ſcientie ſancte vixerunt.recte docuerunt. ꝛ vera defenſauerunt.ꝛ ido participes facti ſūt amicicie dei.

De eadem dñica.Sermo ſecundus.

Accesſerunt ad ihm phariſei ꝛ interrogauit eū vnꝰ ex il lis legiſpitus temptās eū.mgr̄ qd̄ ē mādatum magnū i lege Mat.xxij.Expientia quottidia na hacten oſtēdit q̄ lupi accedūt ad oues non bona intentōe ſed mala.Malā intētōem ſuā in hoc oſtēdūt qz ſi poſſent totū gregē ouiū dila niāt ꝛ occidūt.qz ſm Ariſt.li.aialiū tota natu ra lupoꝝ toti nature ouiū inſidiatur.Et idē dicit ſe legiſſe in libro quodam. q̄ corzula fa cta de inteſtinis lupi adiuncta corde cythare fa cte de inteſtis ouis eam deſtruit et corrumpit. Sicut pluma aquile adiuncta plumis colum be eas decoriat ꝛ corrodit.ſi diu in vno loco di mittuntur.Spiritualiter quidē per lupos ſub audi ſcribas et phariſeos qui ſemper appare bant in veſtimentis ouiū.id eſt blandis verbis ſed intrinſecus erant lupi rapaces Math.vij. Sed per oues intellige xp̄m ꝛ diſcipl̄os.qz xp̄ſ tanq̄ ouis ad occiſionem ductus eſt et non a periens os ſuum Iſa.lnj. Iſti igit̄ rapaces lupi

scz phariſei nunq̃ acceſſerunt ad chriſtũ bona intentione.ſed ſemp mala. vt vel ſaltem dilacerarent famã eius verbis detractionis.vel vt q̃rerent occaſionem occiſionis.Naz vt habetur Math̃.xv. acceſſerũt ad eũ ab hĩrl̃imis ſcribe z phariſei dicẽtes. Quare diſcipuli tui trãſgrediunt traditões senioz.nõ em̃ lauãt manꝰ ſuas cũ panẽ mãducãt.Ecce q̃lis cã ad eũ fuit accedendi vbi inuenerũt occaſionẽ eũ de pcto transgreſſiõis arguẽdi qui ait.Quis ex vobis arguet me de pcto Joh̃.vnj.q.di.nullus. Et iterum Mat.xv.dr̃ q accesserũt phariſei z ſaducei tẽptãtes eũ vt ſignũ de celo oſtenderet eis. Quare aũt mala ſp intentione acceſſerunt ad ip̃m cã fuit ꝓtrarietas.qz ſicut lupi ſp ſunt ꝓtrarij ouibus.ſic z phariſei xp̃o z diſcipul̃ eiꝰ.iõ dixerũt Sap̃.ij. Circũueniamus iuſtũ.qm̃ inutil̃ eſt nobis.z ꝓtrarius eſt opibus noſtris.z im̃ppat nobis peccata legis.z diffamat in ꝙbis peccata diſcipline noſtre.pmittit ſe ſciam dei habere.filium dei ſe nominat. factus eſt nobis in ꝓtradictõez cogitationũ noſtraꝝ.grauis ẽ nobis ad videndũ.quoniã diſſimilis eſt alijs vita illius. Quare in p̃ñti euãgelio dr̃. Acceſſerũt ad ip̃m vt temptarent euz.qz acceſſerunt cũ multitudine temptatiue z doloſe vt ex hoc eum terrerẽt ſicut dicit Cryſoſt. Conuenerunt in vnũ phariſei vt multitudine vincerent quẽ rõe ſupare nõ poterãt. Jn quo euãgeliſta duo tãgit. Prio acceſſionẽ ppl̃oſam.ibi.acceſſerũt ad ih̃m Scdo queſtõem fraudulozaz.ibi. Interzogauit. Quã tũ ad primũ tãgit acceſſionẽ ppl̃oſã. nã cũ multitudine ppl̃i acceſſerũt ad ip̃m.vt ſicut dictũ ẽ ip̃m terrerẽt.Sed chriſtꝰ terreri nõ potuit.qz iuxta verbũ ſapientis.Sanitas ẽ labiũ veritatis.firmũ eſt impetuũ Prouerb̃.xij.Et eſdre b iiij.Veritas oĩa vincit.Sed,p inſtructiõe nr̃a moraliter eſt ſciendũ in li.de ſpũ et anima parũ poſt principiũ dicit q anima nobiliſ eſt creatura.Nãq dei ciuitas de qua ẽm ps̃.Glozioſa dicta ſunt .quia ad imaginem z ad ſimilitudinez dei facta.Sz qz nulla ciuitas abſq ppl̃o ẽ ideo diſponit i ea conditoz nr̃ ppl̃m triplicẽ.vicz ſapiẽtes ad ꝓſulendũ.milites ad pugnandũ.artifices ad miſtrandũ.Ciues huiꝰ ciuitatis ſunt naturales z ingeniti aie vigozes quaꝝ diſtincti ſũt gradus.Alij em̃ gradus ſunt ſupiozes.alij medij.z alij inferiozes.Supiozes quidez ſunt ſensus intellectuales.Medij ratiõales. infimi ſũt animales cuz ſua familia.De hoc populo vide etiam ſupza.lxxxnj.A.Debet igitur anima nobilis creatura cũ iſto populo accedere ad Jh̃m duobus pedibus charitatis.vicz dei z proximi Quia ſicut q̃s vno pede nõ poteſt incedere.ſic nec vna charitate põt quiſq̃ ad deũ accedere.qz dilectio dei nõ põt eſſe ſine dilectõe,proximi. nec eõuerſo.ſicut teſtat̃.b.Aug.li.vnj.de trini.c.xxxj.Cũ duo ſint p̃cepta charitatis.dei vicz et proximi,p vtroq̃ vnũ nõ ĩmerito ponit̃.qz nec deus ſine,prio nec,prim̃ ſine deo gl̃ificari põt.iõ dicit apl̃s ad Ro.xnj. Nemi quicq̃ debeat̃ niſi vt inuicẽ diligatis. Qui em̃ diligit ,primũ legẽ adimpleuit.q.d. Neceſſario preſupponit̃ q di ligatis deũ.z ſic in dilectiõe dei preſupponitur dilectio,proximi. Exemplũ ponit Aug.Quis em̃ iniquus eſt qui dicat.Diligo imperatozem ſed odio legem eius. Jmperatozis lex eſt.Mandatum nouũ do vobis vt diligatis inuicem Joh̃. xnj.Si ergo dicas te deũ diligere mandata eius obſerua.et fratrem tuum dilige. Si autem fratrem tuum odis quomodo deum diligis cuius mandata ꝓtemnis.Ecce hi duo ſpirituales ani me pedes videlicet charitas dei z proximi quibus ad Jheſum accedere potes.Sed diligẽter eſt notandũ q p duo media anima cũ ſua familia aut populo ad Jh̃m debet accedere. primo p aſſiduam peccatoꝝ explozatõez.Quia dicit Ariſt̃.in,pbleumatibus.Naute cũ accedũt ad littus diligenter explozant ,pfundum. qz ſcõm ipſum nauiſ profundius aque immergit̃ dum ẽ i littoze q̃ in fũdo i medioq̃ aquaꝝ.Sed q̃d ſpiritualiter per nautas niſi animas humanas que in nauibus cozpoꝝ ferunt aut ducunt ſe p mare huius mundi periculoſum.Per littus autem intellige chriſtum.qui eſt littus eterne beatitudinis ad quem omnes nitunt̃ puenire Cũ igitur ad hoc littus accedũt anime humane diligenter debent fundũ peccatoꝝ explozare.de quo profundo dicit ſapiens Prouer.xvnj. Jmpius cum in profundum peccatoruz venerit cõtemnit.Glo.omnẽ cozrectõem.pene cõminationem.deum vel ſeipſum.quia pro quolibet dat ſe.vt auarus pro obulo. luxurioſus pro momẽtanea delectatione.Secundo p timorẽ z circũſpectõem.Quia dicit Plinius in hiſto natura. Accedentibus nauibus ad littus maiz maioz timoz z circũſpectio erigitur ipſis nautis. Cuiꝰ ratio eſt.qz nauis vt frequẽter,ppter ,pfunditatem aquarum circa littus in fundũ impingens frangit̃.z ſic naufragiũ comitetur Etiam dicit phus i,pbleumatibus.Accedẽs ad littus aliq̃ nauis confeſtim velociuſq̃ vehitur ad littoza. q̃ de littoze ad aquam.quia littus eſt naturaliter aque z eozum que in aqua ſunt attractiuuz. z ſic fractio nauis interdum comitit̃. Sic moraliter accedentibus nobis ad chriſtũ portum ſalutis ppetue ſemp maioz requirit̃ timoz z pſpectio anime noſtre ne offendat oculos maieſtatis diuine. Jdeo dicit ſapiẽs Eccl̃i.ij. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ dei. Glo.p conceptũ meliozis

Sermo.xci.

ꝓpoſiti.ſta in iuſticia.ſcz erga ꝓximũ.z in timore.ſcz erga deum.Et Iſidorus de ſum. bono dicit. Quanto eniz aditus mentis deo vicinior fuerit.tanto maior timor de cauendo ſcelere imminebit.Et iſte timor poteſt dici initialis quo quis timet non ſolum penam.ſed etiam a deo ſeparatõem.ideo ſemper bonus ẽ. Et habet duos oculos ſcz dextrum z ſiniſtrum. Dextro reſpicit ſurſum timens a deo ſeparari.Siniſtro deorſuz timens incurrere penas.Et iſte ſũt due ale que date ſunt mulieri ſcilicet anime ad volandum in deſertum penitentie Apocal.xij. Quia ꝓdicti duo timores.videlicet timor inferni z ſeparatio dei multas faciunt animas ad chriſtum et ad penitentiam conuolare. Uel iſte timor poteſt dici filialis ꝑ quem anima redditur abilis z benemobilis ad inſpirationes ſpiritus ſancti.quare per talem timorem ſe ſpiritui ſancto omnino ſubijcit z in nullo repugnat ꝓ ut eſt poſſibile in via. Dicit Hugo libro.ij. de ſacra.parte.xij.c.v.De hoc timore dicit Hilbertus poꝛritan⁹.q timor ille filialis niſi amor eſſe conatur qui iam neſcit officium timoris z pene timor eſſe deſijt.Sed quia diceret aliquis.q̃ eſt vtilitas acceſſionis ad chriſtum? Reſponde tur quia degustat anima aerem ſuauitatis ſue. Quia dicit Ariſtoteles libro de ꝓbleumatibus Accedens quis ad parietem in tenebris cũ ad parietem attigerit acre contiguo parietez mox ꝓeſentit.Cuius ratio eſt.nam inquietior quod ammodo eſt circa montes.circa littora z circa parietes.vt recitat cõmentator. Spiritualiter per parietem ſubaudi chriſti humanitatez. ſub qua occultata fuit eius diuinitas.iuxta illõ Latinoz.ij.En ipſe ſcz deus ſtat poſt parietez noſtrum.id eſt humanitatem de carne noſtra aſſũptaz ſcz virginis Marie glorioſe.Ad hunc parietem ſcz chriſtũ cuz ꝑ penitentiam accedim⁹ anime pedibus aerem quottidie ſue natiuitatiſ atq; dulcedinis infinite ꝓeſentimus.Quod teſtatur Alanus in dulcedie anime.Mox em̃ dũ quis ad chriſtum ſua mente acceſſerit infinitaz eius dulcedinem eternaliter degustabit.Et hoc patet ꝓcipue de beato Aug.qui poſt cõuerſionis acceſſum ad chriſtum ſtatim ſentijt dulcedinem eius.ſicut teſtat in li.Soli.Mox in ipſo puncto acceſſus de quo miraz inestimabilemq; ſenſi ſapozem refrigerij gaudijq; ſempiterni.et boc ad ꝓmũ.Quantum ad ſecundũ tãgit euã geliſta queſtõem fraudulosam cum dicit.Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tem ptans eum.Magiſter quod eſt mandatũ maximũ in lege.Nam dicit Cryſoſt.q dicebant doloſe cogitantes.vnus loquatur ꝓ omnibus vt omnes loquamur ꝑ vnũ.vt ſi vnus vincit omnes viciſſe videamur.Si autem fuerit vict⁹.ſolus videat eſſe cõfuſus.Sed circa hoc notãdũ q̃ſtõz quã fecit in fraudẽ nos vertere debemus in vtilitatẽ.Et ꝓimo ſi queramus xp̃m. Mgr̃ quod ẽ mandatũ magnũ i lege? Rñdere habet q̃ hoc eſt mandatũ magnũ vt vnũ deũ confitea mur z credamus.iuxta illud Deutro.mj.Dñs ipſe ẽ de⁹.z nõ eſt alius ꝓter ipm.Sz ꝓtra hoc ſunt tria genera hoim qui nõ cõfitent̃ ſz negãt ſe noſſe deũ.vt dicit Vol.lect.clnj.Primi ſunt auari z tenaces.Chriſtus em̃ appaꝛet in forma pauperis oſtendens indigentiam z petẽs charitatem.z ipſi pauperem contemnũt.non poterunt ſe excuſare.Domine apparuiſti i aliena effigie nõ potuimus tuã noticiam habere.Sciũt em̃ q̃ chriſtus in ꝓeſenti tali roba veſtit̃. Iſti ſunt de quibus dixit xp̃s.Nõ poteſtis deo ſeruire z mãmone Mathei.vj.De iſta negatõe pulchre ſe excuſat Job.xxxj.Si id eſt non negaui quod volebant pauperib⁹.et oculos vidue expectare feci.Sed attende ſicut iſti negant chriſtum modo.z chriſtus eos negabit in iudicõ futuro Math..xxv.Neſcio vos.Secundo negãt chriſtum p̃ſumptuoſi z audaces. Tales ſũt qui ꝓpꝛia foꝛtitudine vel rebus innitentes non recõmendant ſe deo. nec diuinum implorant auxilium.ſicut chriſtus eos docuit Math.vj.Et ne nos inducas in temptatõem. Tales ſe ingerunt piculis temptationũ.male ſocietati ſe immiſcent.ſuſpecta conſortia non refugiũt.Et iõ cito cadunt. Horum figuram geſſit Petrus qui ꝓpꝛie infirmitatis ignarus dixit chriſto. Et ſi oporꝛuerit me mori tecũ non te negabo Mathei.xxvj Iſte vero ſe eadem nocte ingerẽs male ſocietati curialium z mulierum chriſtum ter negauit. Tales ſunt multi iactantes ſe de caſtitate z continentia. et alios qui cadunt contemnentes.z ipſimet ex modica temptatõne vexati facillime capiuntur. Idcirco ſancti viri ſe quottidie recommendant deo.ſcientes qꝛ diuina bonitas eſt z nõ ſua.ſi contra temptatõnes reſiſtant.Et ideo ſignãter dicit Job.Si oſculatus ſũ manũ meã que eſt iniquitas maxia z negatio ꝓtra deũ altiſſimũ.patet.c.xxxj.vbi dicit glo.Oſculari manũ eſt bonũ vel nature vl̃ gr̃e a deo ꝓceſſuz meritis hũanis tribuere.vñ q̃ bona opa faciunt z illa deo nõ attribuũt.ſz v̊ tuti naturali et prudẽtie ꝓpꝛie.hi deũ q̃ ẽ bonitas a quo oñe bonũ derivat̃ negãt. Tercio ſe negãt noſſe deum malicioſi z fallaces. cuiuſmodi ſũt falſi teſtes.falſi iudices.falſi aduocati.qui ſciẽter veritatẽ negant qui eſt chriſtus Jobis.xvj Falſi em̃ teſtes a iudicibus onerant̃ q̃ ꝺ maꝛia de qua fit inquiſitio veritatem dicant. fidem ꝓeſtant z voluntarie a veritate non recedant.

sed interdum recedant a cognita vitate. Et tales non solum christum negant. immo vendunt vt dicit glo. Math. xxvj. Exinde querebāt opportunitatē quomō eū traderēt. Multi eñ hodie sunt qui factū Jude exequunt & idē faciūt. Nā cū, p munere falsum dicunt deum qui veritas ē vendunt. Hoc figurā gesserūt iudei quib⁹ Petrus dicit. Deus glorificauit filiū suum Jhesū christū quē vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilato iudicante illo dimitti. Tales sunt falsi iudices qui scienter veritatem subuertūt & iudicant pro muneribus id quod sciūt falsum vel pro timore nimis a iusticia recedūt. sicut fecit Pilatus qui audito isto verbo a iudeis. Si hunc dimittis nō es amicus cesaris. timuit. & a dictamine, ppie ꝓscientie recessit. Secundo si queramus. Quod est mandatū magnū rūdere habet xp̄s ꝙ hoc ē. ne nomen dei inuanuz piuremus. qz piurus est detestādus, ppter tria. Primo est, pditiosus p infidelitatē quo ad deū. Dicit eñ Robertus hol. lec. clxvij. ꝙ pditio foret magna si ille qui haberet custodiaz sigilli regis signaret lr̄am pactionis quā rex maxime detestaret. & si hoc faceret de sigillo pape esset excommunicatus ipso facto. & brachio seculari tradendus. Nomen dei est cōmissum nobis quasi quoddam sigillū ad testificandū veritatem & ad confirmandū fidez Deutro. vj. Dominū timebis & illi soli seruies. & p nomen eius nō iurabis. Et ideo dicit apostolus ad Hebr. vj. ꝙ omnis cōtrouersie finis ad cōfirmatōem est incautū. Falsitas aūt est illud quod de⁹ summe odit tanquā sit cōtrariū que est veritas. Et ideo qui nomē dei sumit ad confirmandū falsitatē dei, pditor est. Hoc idē patet secōo sic. quia qui castrū dñi vel regis sue fidelitati cōmissum traderet hostibus regis proditor regis eēt Castrum est nomen dei ad quod refugimus i omni necessitate & quod inuocamus. iuxta illud Prouerb. xvnj. Turris fortissima nomē dñi ad ipaz currit iustus et saluabit. Istud castrū traditur hosti qñ demonibus & malis homibus et falsis cōmittit ad, pbatiōem falsitatis. Hoc idē patet tercio sic. qz qui dñm suū diffamat maliciose et voluerit in crimen, pditor est suus. sic qui deuz inducit tanꝙ falsitatis testem & inuoluere nitit eū in crimen et aufferre sibi nomen bonū quo vocat. & est summa veritas. ergo, pditor suus ē vnde quantuz in eo est plus contemnit xp̄m ꝙ M crucifixores eius. Nā ipsi nō intulerūt christo nisi malum pene. & iste nitit eum inuoluere i malo culpe. Dyabolus adiuratus in nomie dei dicere veritatē nō mentit. & cōmuniter. nec addit suis mendacijs iuramentū cum ipse licz sit mendax & pater eius Joh. vnj. Ideo nō est mirū si deus eius velocē vltōez, pmittit Malach. nj. Ero testis velox maleficis. adulteris & periuris. Secundo piurus est pniciosus p falsitatem quo ad, primū. Decipit eñ iudicē. & spoliat suo iure bone fidei possessorem. et ideo restituere tenet. Ideo legit Josue. ix. de dono gabaonitaz qui simulantes se longe venisse obtinuerūt a filijs Jsrahel vite, pmissionē. Hanc autē pmissionē eis postea seruauerūt nō obstāte eorum dolo. Reseruent inquit Josue & viuant ne contra nos ira concitet si piurauerim⁹. Tercio piurus est pniciosus p iniquitatē quo ad seip̄m Ille eñ qui scienter piurat manuz libro supponit qua tangit euangeliū. et iam dyabolo commendat se nisi dicat verum. vnde illa manus efficitur dyaboli postea. et mālu dyabolica signat cibat & operat. vnde p istam manū tenet eū dyabolus donec peniteat Jn missali vo quo iurat quatuor scripta sunt Cōsecratio corporis christi & sanguinis eius. suffragia sanctorum. beatitudo bonoz. & damnatio reproboz. Est ergo sensus iuramenti sui. Nisi verum sit quod iuro alias me nō iuuat missarū celebratio. nec sanctoz deprecatio. veniet sup me reprobatio aut maledictō reproboz que ponit Mathei. xxv. Jte maledicti in ignem eternū qui paratus est dyabolo & angelis eius. Sup genua flectendo abrenunciat omnibus bonis gressib⁹ quos pedibus fecit. Propter quod dicitur Eccl. xxnj. Vir multū iurans replebit iniquitate. & nō recedit de domo eius plaga. Tercio si queram⁹ N quod est mandatū magnū i lege. respōdere habet christus. Hoc est mandatū magnuz in lege vt die dominicū celebriter obseruemus. iuxta illud Exo. xx. Memento vt die sabbati sanctifices. id ē sanctū & sacratū habeas p̄m magistrz i histoziis. Huic sabbato successit & succedit dies domica in noua lege. nō quidem ex vi precepti. sed institutione ecclesie & consuetudine populi christiāi. Et hoc, ppter duo. Primo, ppter beneficiū creationis & alias dignitates. quarū sunt multe. Prima quia in die domica creauit deus celū & terraz & angelos Gen. j. Secunda die domica stetit arcba Noe post diluuiuz sup montes armenie Gen. viij. Tercia quia die illa eripuit dominus populū Jsrahel de egypto in manu potēti & brachio excelso Exo. xij. Quarto quia eadem die pluebat dominus manna de celo in escam filiozum Jsrahel existentibus in deserto. Quinta quia eadem die christus natus est de virgine Maria Luce. ij. Sexta qa eadez die baptisatus est in iozdane a Johāne Mat. iij. Septima xp̄s illa die conuertit aq̄s in vinū Joh. ij. Octaua hac die satiauit dñs. v. milia hoīm de quinqz panibus & duob⁹ piscib⁹ Jo. vj.

Nona qꝛ in ipsa domica honoratus fuit dominus palmis Mat.xxj. Scdo dñica dies successit sabbato ꝓpter gaudiũ dñice resurrectõis vt dicit Innocentius de conse.di.nj. Sabbato id circo honorifice celebrãda est a nobis dies domica. Sed contingit celebritatẽ domice ⁊ aliarũ festiuitatum transgredi. primo manualiť laborando. Contra quod dicit Grego. i registro In die dominico a labore terreno est cessandũ atq; omnino orationibus insistendũ. vt si quid negligentie ꝑ sex dies agitur ꝑ diem resurrectionis dominice expietur. hec ille. Et quicũq; diem dominicũ labore violat mortaliter peccat. nisi i quatuor casibus. Primo igiť ꝓpter laboris modicitatẽ qui quietem mentis nõ impedit Secundo ꝓpter laboris necessitatẽ. vt in messibus quando timetur incursus hostium aut inundantia pluuiaꝝ ⁊ sic de alijs. Tercio ꝓpter publicam vtilitatem. puto cum quis laborat ꝓponte vel via vl' ecclesijs. ita tamẽ ꝙ labor iste nõ fiat vsq; ad vltimã fatigatõem. ⁊ ꝓpter hoc diuinum officiuꝫ dimittať. Quarto ꝓpter pauperum vel cordis pietatem. quia licet arare agrum pauperum vel seminare ⁊c. Secundo cõtingit celebritatem transgredi iudicialiter iudicando. Ideo dicitur extra de ferijs ca. conquestus. Iste sunt ferie in quibus a strepitu iudicij est cessandum. Natale domini cum suis pascha penthecostes cum eorum octauis. septem diebus ascensionis cum tribus diebus precedentib⁹. om̃es dies dominici ⁊ festa precipua que colunť. Dicit em̃ Guil. in glosa. ꝙ illis diebus potest pro pace tractari vel pro pace firmanda iuramentum prestari vel agitatione miserabilium personarum. Ita de alijs mandatis aut preceptis. Quare posset predicator si expedire videret.

De eadem dñica. Sermo tercius.

Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo ⁊ i tota mente tua ⁊ in tota anima tua. hoc est maximũ ⁊ primũ mandatũ. Secundũ autez est simile huic. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Math.xxij. Hyemali tempore in domib⁹ nobiliũ ignis nunq̃ extinguitur ⁊ hoc pro tãto vt venientes hospites madefacti aqua vel niuib⁹ calefiant. Moraliter tempus hyemale est presens vita in qua sunt homines in frigore iniquitatis vel hyemis. hoc ẽ abundãtia iniq̃tatis. de qua Mat.xxmj. ait dñs. Orate ne fuga vr̃a fiat in hyeme. id est quãdo abundãtia iniq̃tat' fuerit. hoc igitur existente in peccatoꝝ corde debet tunc in domibus nobiliũ. id est in cordibus fideliũ hoim et deuotoꝝ semꝑ esse ignis charitatiu⁹. videlicet dei et ꝓximoꝝ. Quia ibi hitat pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus. ſm illud Joh. xmj. Ad eũ veniemus ⁊ mansionẽ apud eũ faciemus. Et sic semꝑ spũalis ꝑsona habeť suꝑ nutritione ignis spũalis materialis in domib⁹ magnoꝝ. ita similiter in domo aĩe debet aliqua v̄tus esse ignẽ charitatis cõseruãs. Et hoc figuratũ est Leuit.xj. vbi p̃cepit dñs filijs Israhel Ignis in altari meo semꝑ ardebit quez nutriet sacerdos subijciẽs ligna. Spũaliter altare domi est cor hominũ deuotoꝝ in quo debet offerri deuotõnis holocaustuz. ⁊ in hoc debet ignis charitatis semꝑ ardere ꝑ feruorẽ dilectõis quẽ nutriet sacerdos. id est spũssanct⁹ qui dr̃ sacerdos. i. sacra dans. quia dat sacra dona subijciens ligna. id est diuina beneficia ⁊ sanctoꝝ exẽpla ad dei dilectõem ⁊ ꝓximi inflãmatõem que subijcit spũs sanctus in altari cordis nostri nobis hoc ad memoriã reducẽdo ſm illud Johis xmj. Spũssanctus docebit vos omnia. ⁊ suggeret vobis omnia quecũq; dixero vobis. Sic exponit Nic. de lyra in glo. morali. Uel sacerdos qui dr̃ sacra dãs est memoria q̃ debet ligna crucis semꝑ colligere. Nam his lignis optime cõseruatur charitas christi in corde. Aug. doctor gloriosus hec ligna colligebat sepe memorans tã passionis opus q̃ alia bona nobis cohibita vt ignẽ istum iugiter mitteret in corde suo cum dicebat li. soli. c. xvnj. O ignis qui semꝑ ardes ⁊ nunq̃ extingueris. o amor qui semper ferues ⁊ nunquã tepescis. accende me inquã totum a te vt te totus diligaz solus te. Non te amat qui tecum aliquid amat. Diligam te domine quoniam tu prior dilexisti me. et ostende mihi verum vt explicem signa dilectionis tue maxime erga me ꝑ innumera beneficia tua quibus a principio educasti me. post beneficium nanq; creationis que in principio de nihilo ad imaginẽ tuaz creasti honorificans ⁊ exaltãs me inter eas creaturas quas fecisti. ⁊ nobilitans lumĩe tui vultus quod signasti super luminare cordis mei. ⁊ ab insensibilibus pariter et sensibilibus brutis me secreuisti. ⁊ paulominus ab angelis minuisti. parum hoc fuit ante conspectum bonitatis tue quando quottidianis et singularibus magnisq; donarijs beneficiorum tuorum me sine intermissione nutrires. ⁊ quasi filium tuuz paruulum tenellum vberibus tue consolationis lactasti ⁊ confortasti vt ego totus tibi seruirem. Omnia quecunq; fecisti in meum seruitium tradidisti. hec ille. Si hec omnia deuotus homo simul colligeret deum ex toto corde diligeret. iuxta illud verbũ allegatũ. Diliges dñm deũ tuũ.

Domica .xviii. post trini.

